Item, unam posam terre nunc in nemus reductam sitam ibidem prope juxta nemus ecclesie de Brussin et heredum Johannis Gringet a juria, nemus Guilliemi de Glant quod fuit Petri Vacherandi a lacu, viam publicam de Pertuys a borea, et nemus dicte ecclesie a vento.

Item, partem suam novem posarum terre nunc in nemoris reductarum sitarum en Vullibionda ? juxta terram Aymonete uxoris Jaqueti Gascon a lacu, et plures tactas ab allis partibus.

Item, dimidiam seytoratam prati sitam en Tactes juxta pratum Glaudii de Subtusecclesiam a borea, pratum liberorum Mermeti Evrardi a vento, pratum Aymonete uxoris Jaqueti Gascon senioris quod fuit Emelline quondam uxoris Mermeti de Bornes et Perrete uxoris Amedei Regis a lacu, et pratum Henrici Besson a juria.

Item, sex denarios sibi de pensione annuali debitos per heredes Nycodi Benedicti pro una pecia terre sita subtus Brussins juxta terram Guilliemi Mistralis ex vento et borea, viam publicam tendentem Abbonam (=Albonam) ex juria, et pascuam communem ex lacu, pro quibus rebus preconfinatis necnon pro dimidia seytorata prati de dictis bonis quam tenet titulo obligacionis per dictum confitentem facta Johanni Fornerii alias Bertet sita en Ravachaul juxta suos confines et una seytorata prati en laz Mossery alias en Pra Pucto juxta pratum Henrici Tisso ex borea, et juxta suos alios confines quam tenet Jaqueta relicta Johannis Cristinet titulo obligacionis sibi facte per dictum Perretum Gringet debere confitetur dictus Franciscus recognoscens pro se et suis quibus supra dictis domino et conventui Romanimonasterii et suis quibus supra successoribus de censu seu servicio annuali quatuor solidos et duos denarios Gebennenses annis singulis termino predicto ut supra solvendo, ultra sex denarios Gebennenses debitos per dictum Mermetum Prodon pro casali domus quod fuit dicti Perreti Gringet sito juxta

domum superius confinatam ut supra fit mencio, in deductionem census seu servicii per dictum quondam Perretum Gringet recogniti ut in dictis precedentibus recognicionibus.

Item, ulterius tenere confitetur de bonis per dictum quondam Perretum Gringet recognitis videlicet unum morsellum nemoris situm en Pertuys juxta viam publicam tendentem ad Profundas Valles a borea, nemus domini quod fuit heredibus Johannis de Sancto Liberio a lacu, nemus dicti confitentis quod fuit de bonis Johannis Gringet a juria, nemus et tactas Glaudii de Subtuecclesiam a vento.

18 Item magis, tenere confitetur idem confitens pro se et suis quibus supra a prefato domino et conventu et suis quibus supra successoribus de bonis quondam Johannis Gringet filii Johannis Gringet que bona quondam fuerunt recognita per quondam Amedeum filium Hugoneti Chappuis in precedenti extenta inde confecta et manu dicti quondam Peroneti Foresii recepta, sub homagio censibus, serviciis, tributis, usagiis, et aliis omnibus per dictum quondam Johannem Gringet et successive per dictum Amedeum Chappuis pro rebus inferius confinatis [et] recognitis ex empto per ipsum confitentem facto a Johanne Hugonini filio dicti quondam Amedei Chappuis precio viginti quatuor florenorum auri boni parviponderis prout constat et fidem facit quedam instrumento recepto per Discretum virum Anthonium de Migerant notarium 10 may 1453 sibi confitenti per Religiosum virum Fratrem Petrum de Souverniaco ? admodiatorem dicti prioratus laudatis prout in lictera huiusmodi laudatis instrumento vendicionis predesignate annexa continetur, res et possessiones sequentes,

Et primo, duas fosseratas vinee sitas en Corberes juxta vineam Glaudii de Subtusecclesiam a juria, vineam Marguerite uxoris Stephani de Quercu filie quondam Johannis dicti Oriod a borea, vineam Henrici Besson a vento, et clausum domini quadam semita intermedia a parte orientalis.

Item, duas posas nemoris et tacte sitas en Fillivoux juxta viam publicam de Corberes a parte venti, nemus heredum Mermeti Evrardi a borea, nemus Henrici Besson a lacu, et terram dicti confitentis a juria.

Item, tenet de bonis permutatis cum Domina Luca de Balma partem suam duarum posarum nemoris sitarum ouz Verney juxta nemus Glaudii de Subtusecclesiam a lacu, nemus dicti confitentis quod fuit dicti Perreti Gringet superius limictatum a juria, tactas et pascuam communem a vento, nemus et marescum Guillierni Aubert de Gillier a borea.

Item, unum morcellum nemoris situm ou Fillivoux juxta nemus dicti confitentis superius limicataum a lacu, nemus Henrici Besson a juria, nemus Petri Gauterii a borea, et viam de Corberes a vento.

Item, unum sellionium prati situm ouz Praz des Souges juxta pratum ecclesie de Brussins a vento, pratum Glaudii de Subtusecclesiam a borea, pascuam communem a lacu, et stratam publicam a juria.

Item, dimidiam falcatam sitam en laz Mossery juxta pratum ecclesie de Brussins a borea, pratum Henrici Tissot de Gillier a vento, pratum Petri de Brussins domicelli a lacu, et terram Glaudii de Subtusecclesiam a juria.

Item, casalia domus et orti contiguis sitis in villa Brussini juxta domum Nobilis Guilliermi de Gland que fuit Anthonii Fonjallat a juria, pratum eiusdem Gilliermi quod fuit dicti Fonjallaz a borea, pratum Johannis de Bignyn a lacu, et carreriam publicam a vento, cense 4 solidos et 8 denarios Gebennenses. (This appears to be the only mention of Anthonius Fonjallat in this terrier, all other references to the progenitors of this family mention only Perretus.)

18v Item, tenet titulo quo supra de bonis dicti Johannis Gringet per tutores liberorum (this word repeated, probably in error) quondam Francisci Gauterii dudum recognitis, videlicet dimidiam falcatam prati sitam en les Tactes juxta pratum Nycodi Galliardi quod fuit Henrici Besson a lacu, pratum Petri Galliardi habitatoris Gilliaci quod fuit Glaudii de Subtusecclesiam de Brussins a juria, pratum Nobilis Johannis de Dulit a vento, et pratum Mermeti Mugneron a borea.

Item, de bonis dicti Amedei Chappuis eidem Amedeo dudum accensatis per Nobilem Glaudium de Subtusecclesiam sub pensione annuali dicto Nobili Glaudio solvende, videlicet vineam ad duarum partium frutum et nemus ad quindecim denarios Gebennenses inferius confinatum prout de accensacione huiusmodi constat plenius quodam publico instrumento inde recepto et signato per Guiliermum Fabri de Bignyns clericum 28 may 1432 laudateque per bone memorie Fratrem Johannem de Juys priorem quondam dicti prioratus Romanimonasterii ut in lictera dicte accensacionis instrumento annexo plenius continetur et per ipsum confitentem acquisitas titulo empconis a dicto Johanne Chappuis alias Hugonini facte et laudate ut superius describitur, videlicet res sequentes,

Et primo, duas fosseratas vinee et mareschii quas tenet ad facturam perpetuam a dicto Nobili Glaudii de Subtusecclesiam ad tercios fructus sitas en Lengollioux juxta vineam Aymoneti Clavelli a juria, vineam Marguerete filie Johannis filii Guilliermi Oriod et dicti Nobilis Glaudii de Subtusecclesiam quam tenet nunc Mermetus Probi ex borea, marescum Henrici Besson ex vento, et vineam dicti Henrici et dicti confitentis ex lacu.

Item, duas posas nemoris sitas en Fillivoux juxta nemus dicti confitentis quod fuit Johannis Gringet ex borea et juria, iter publicum tendens de Corberes apud Brussins a vento et lacu, pro quindecim denariis pensione annuali solvendis dicto Glaudio de Subtus Ecclesiam, et hoc sub censu et servicio inde per dictum Glaudium dicto domino et conventui debito quia opponebatur contra dictum confitentem res premissas tenere non posse eo quod ad domino sunt ascripta homagia, quod ? ipse non poterat nisi unum deservire dictus que confitens supplicaverit et requisierit dicta domino homagia ... (uncertain, additional conditions and cense).

19 Item magis, tenet titulo quo supra de bonis Johannis Gringet unam posam terre sitam en laz Mossery juxta pratum domini a parte lacus, terram Stephani de Gland a juria, terram Glaudii de Subtuecclesiam a borea, clausum Nobilis Guilliermi Mistralis qui fuit heredum Perrodi de Chinaul a vento, super qua debebatur Girardo Millicardi de pensione annuali unum bichetum frumenti quod per Johannem Hugonini fuit rehemptum precio quadraginta solidorum que pecia includitur in censu predicto, witnesses Nobilis Johannes de Sovernier, Anthonius de Migerant notarius, et Johannis Primeti clericus de Nyviduno, with signature and paraphe of Petrus Jaquemardi.

19v Nobilis Guiliermus de Gland, 20 mar 1457 ? (anno et indicione quibus supra), res et possessiones infrascriptas sitas et jacentes in villa, territorio, et finagio de Brussins et ibi circa, que quondam fuerunt tam de bonis Girardi Bastardi, Francisci Benedicti, Domini Francisci Eximbardi, quam eciam Janini Rossie, per Perretum Fonjallat et eius uxorem in manibus Peroneti Foresii dudum ex concessioe et translacione ipsis conjugibus per felicis recordacionis Fratrem Johannem de Seyssello quondam priorem dicti prioratus Romanimonasterii et conventum dicti loci facta recognitas ex cessione et vendicione eidem confitenti per Mermetum Probi de Brussins dudum facta precio sex viginti et trium florenorum auri parviponderis prout constat et fidem facit quodam publico instrumento inde recepto, levato, et signato per Stephanum Leurat ? notarium publicum 25 jul 1457 (indicione quinta) sub laude viri Venerabilis et Magne Religionis Fratris Petri de Soverniaco dicti prioratus Romanimonasterii monachi admodiatorio dicti prioratus Romanimonasterii pro prelibato domino prothonotario apostolico et commendatario predicti prioratus sigillata sigillo communi dicti conventus Romanimonasterii et signata manu mis prefati commissarii 21 nov 1457, (This item calls into question the dates of all the preceding items, which refer back to the « anno et indicione quibus supra ». For the dates to make sense as written, we would have to suppose that Guiliermus de Gland signed his reconnaissance on 20 mar 1457, but when Petrus Jaquemardi copied it into the present terrier, he added information from other documents concerning the titles to the properties dating from later in the same year, as late as 21 nov 1457. This procedure seems highly irregular, but cannot be entirely ruled out from the available evidence. **A plausible alternative is that “anno et indicione quibus supra”, possibly all the way back to the first reconnaissance on fol. 5, actually refer to 1458, but that the change of year was never mentioned in the preceding text.)**

Et primo, que fuit de bonis dicti Girardi Bastardi unam ochiam sitam apud Brussins ante domum dicti confitentis que fuit dicto Perreto Fonjallat (should this be *dicti Perreti Fonjallat* ? – we found several passages where the name of the previous tenant is in the ablative case instead of the genitive, as is usual) juxta carreriam publicam ex borea et lacu, ochiam curati de Brussins ex juria, domum et ochiam Girardi Eschonoze quam tenent heredes Mermeti Evrardi ex vento, cense 8 denarios Gebennenses.

20 Item, tenet de dictis bonis dicti Girardi unam domum cum casali dicte domui et orto contiguus sitam apud Brussins juxta domum nunc in casale perventam Petri Dorerii ? que condam (=quondam) fuit Francisci et Perreti Gringet ex lacu, ochiam Nobilis Guilielmi Mistralis que quondam fuit de bonis dicti Perreti Fonjallat ex juria, terram dicti confitentis que fuit de bonis Gladii de Subtusecclesiam ex borea, viam publicam tendentem per villam de Grussins ex vento, (Inserted here by reference mark ‡ : *pro quibus debere confitetur de servicio seu censu annuo ex equancia in presentibus extensis facta cum Nobili Johanne de Sovernaico videlicet duodecim denarios Gebennenses ut supra solvendo constat michi commissario de elaginatura ? viginti et de superscriptura octo...* Apparently, the cense for this item along with the following one was originally written as 20 denarios, but the commissaire elected to amend the text so that the cense for each of these two items was specified separately, 12 deniers for the first and 8 deniers for the second.)

Item, que fuerunt de bonis Nycolay Benedicti unam posam vinee sitam subtus Corberes en laz Scutuaz ? juxta carreriam publicam tendentem en Corberes ex vento, pratum et vineam liberorum Mermeti Evrardi a borea, vineas dictorum Gascon et plurium aliorum a lacu, et pratum

Mermeti Probi quod fuit Aymoneti de Glant ex iuria, cense ~~viginti~~ ^{viginti} (inserted above the line : octo) denarios Gebennenses.

Item, de bonis Johannis Rossier alias per dictum Perretum Fonjallat et Johannetam eius uxorem in dicti Peroneti Foresii manibus recognitis, tres posas nemoris sitas in Castellione juxta nemus Henrici Besson a vento, nemus Aymoneti Clavelli quod fuit Amedei Prodon ex borea, et nemus heredum Guilliermi Oriod et Francisci Gabbaz ex lacu.

Item, titulo quo supra de bonis dicti Domini Francisci Eximbardi dimidiam posam terre sitam subtus Gillier alias subtus Liserabloz juxta viam publicam tendentem Abbonam (=Albonam) a iuria, pratum Fabrorum de Bignyn a lacu, terram Guilliermi Mistralis a vento, et terram Mermeti Probi a borea.

Item, duas posas terre sitas loco dicto en Mussel per quondam Venerabilem et Magne Religionis virum Fratrem Johannem de Juys quondam priorem dicti prioratus Romanimonasterii et conventum dicti loci dicto Perreto Fonjalla accensatas ut in recognitione dicti Perreti per dictum quondam Peronetum Foresii tunc commissarium recepta predicta continentur juxta terram Mermeti Prodon a parte venti, terram Girardi Eschonoz quam possidet Johannes duz Bugnyon a parte boree, viam publicam tendentem Abbonam (=Albonam) a parte iuria, et semitam tendentem Rotulum a parte lacus, cense 1 cupam frumenti ad mensuram Nividuni.

20v Item magis, debere confitetur dictus Nobilis Guiliermus pro se et suis predictis dictis domino commendatario et conventui Romanimonasterii et suis quibus supra successoribus videlicet tres solidos bone monete pro curso aque vocate Lengolliouz vacuantis de clauso prefati domini et currentis ad pratum ipsius Nobilis de Thioleria, witnesses Nobiles Johannes de Sovernier, Stephanus Benedicti, et Stephanus de Gland, with signature and paraphe of Petrus Jaquemardi.

20v Marguereta filia quondam Johannis Oriod filii quondam Guilliermi Oriod de Brussins uxor Stephani de Quercu habitatoris Brussini, 13 jun 1457 ? (anno et indicione quibus supra), res et possessiones infrascriptas sitas et jacentes in villa, territorio, et finagio de Brussins que quondam fuerunt de bonis dicti Guilliermi Oriod et per ipsum in extenta precedenti recognitis ex accensacione eidem confitenti et Francisco Guerici ? eiusdem confitentis quondam primo viro perpetue facta per Reverendum in Christo patrem Fratrem Johannem de Juys priorem dicti prioratus Romanimonasterii prout constat dicti accensamenti lictera per Anthonium de Migerand notarium recepta et signata 17 oct 1447 in presenti extenta exhibita,

21 Et primo, domum suam cum casalie et ochia contiguis juxta vineam domini a vento, viam publicam a borea, terram domini a lacu, et ochiam dicte confitentis a iuria.

Item, duas posas terre sitas supra laz Valleta juxta terram Johannis de Clarens et Petri Gauterii a vento, viam publicam a borea, nemus dicte confitentis et dictorum Rey a lacu, et terram dicti Johannis de Clarens a iuria.

Item, duas partes unius pose vinee site en Liserabloz juxta vineam Johannis Berthet alias Forneir de Gillier que fuit Nobilis Glaudii de Subtusecclesiam a borea, vineam ecclesie de

Brussins a vento, vineam Mermeti Probi a iuria, et vineam dicti Johannis Bertet que fuit dicte confitentis a lacu.

Item, dimidiam posam vinee sitam en laz Golliouz juxta vineam domini a borea, vineam Francisci de Combis habitatoris Brussini que fuit Aymonete uxoris Amedei Chapuis a vento, vineam Glaudii de Subtusecclesiam a iuria, viam publicam tendentem de Vinsel apud Brussins ex lacu, pro quibus rebus superius limictatis et confinatis et pro certis aliis rebus tam per dictum quondam Guiliermum Oriod quam predecessores suos ut in extenta precedenti continetur alienatis prefatis domino commendatario dicti prioratus et conventui Romanimonasterii et suis successoribus predictis scilicet quatuor bichetos et unum quarteronum frumenti ad mensuram Nyviduni et sex denarios Gebennenses.

Item, tenere confitetur de bonis Nycolay Benedicti per quondam Guiliermum Oriod recognitis ex accensacione dicto quondam Guiliermo facta per quondam Aymonetum Benedicti sub pensione trium solidorum Lausannensium ut in precedenti extenta continetur, videlicet unum morsellum ochie situm in villa de Brussins juxta ochiam dicte confitentis a iuria, terram domini a lacu, viam publicam a borea, et ochiam dicte confitentis a vento.

(Inserted here by reference mark $\times\times$ and marginal notation *vide signum*, the following item found on fol. 22: Item, tenet magis dicta Marguereta de bonis Johannis de Subtusecclesiam ex accensacione patri dicte confitentis facta per Glaudium de Subtusecclesiam videlicet unam posam terre subtus molendinum de Verney juxta viam publicam a vento, pascuam communem a iuria, terram Monerii de Verney (i.e., property of the millers of Verney) a borea, et viam tendentem ad molendinum de Verney a lacu, et est sciendum quod de recognicione dicte Marguerete tenet uxor Jaqueti Gaconi junioris, Johanneta Cristinet, Johannes Bertet, Guiliermus Evrardi, Stephanus Benedicti, Hugonetus ? Vulliaux, Guiliermus Mistralis, Johannes Fabri, et Petrus Buchet, Glaudius de Subtusecclesiam, et Petrus Quoquellat prout in ipsorum recognicionibus est descriptum qui ipsam habetur exonerare de servicio predicto per eundem recognito, datum ut supra, with signature and paraphe of Petrus Jaquemardi.)

21v Item, tenere confitetur tam de bonis Perreti Calliat quam Agnessone uxoris Jaqueti Michie ex dimissione dicto quondam Guiliermo Oriod pro censu subscripto dictis domino et conventui solvendo per Nobilem Glaudium de Subtusecclesiam facta ut in precedenti extenta continetur scilicet unam posam terre sitam loci dicto en Ravachaul juxta terram Nycodi Galliardi de Verney a borea, pascuam communem a iuria, vias publicas a vento et lacu, cense in exoneracionem census debiti per Perretum Calliat ut in precedenti extenta continetur, 12 denarios Lausannenses.

Item, dimidiam posam nemoris et tacte que solebat esse tam terra quam vinea sitam en laz Troppaz juxta tactam et nemus Aymoneti Clavelli que fuit Amedei Probi a lacu, tactam liberorum Mermeti Evrardi a iuria, tactas et nemora Stephani de Gland et Francisci Gabbaz et dicti Aymoneti Clavelli a vento, et nemus Henrici Besson et Petri Gauterii a borea, quam dimidiam posam nemoris tenet eadem confitens sub censu per ipsam primo recognito.

Item, tenere confitetur de bonis Jaquete relicte Mermeti Oriod ex rehempcione ut asserit facta per Franciscum Gerrouz eius quondam primum virum a Johanne filio quondam Bertheti

Fornarii de Gillier quam idem Berthetus Fornarii in extenta precedenti a quondam Guiliermo Oriod et Johanne patre dicte confitentis titulo pignoris et gagerie precio decem librarorum bone monete census tenere recognoverat, scilicet dimidiam posam vinee sitam en Liserabloz juxta vineam Johannis Forneir de Gillier que fuit de bonis Johannis de Bornes a vento, vineam dicti Johannis Berthet alias Forneir a borea, semitam tendentem de Brussins apud Gillier a juria, et vineam confratrie Sancti Spiritus de Brussins que fuit dicto quondam Guiliermo Oriod a lacu, witnesses Johannes Primeti clericus, Nobilis Glaudius de Subtusecclesiam, et Fraciscus de Combis, with signature and paraphe of Petrus Jaquemardi.

22 Aymoneta filia quondam Amedei de Canali et Jaquetus Gascon senior de Brussins eius vir, 23 mar 1457 ? (anno et indicione quibus supra), res et possessiones infrascriptas sitas et jacentes in villa, territorio, et finagio de Brussins que quondam fuit de bonis et hereditate Perrodi filii quondam Mermeti Regis eius avi paterni per Aymonetum filium quondam dicti Perrodi in extenta precedenti per quondam Peronetum Foresii recepta in duabus confessionibus recognitas,

Et primo, domos suas cum casalibus et ochiis contiguis sitas apud Chinaul juxta pratum Guilielmi Mistralis domicelli quod fuit heredibus (should probably be *heredum*) Perrodi Regis et pratum eiusdem Guilielmi a borea, viam publicam a vento, terram dicte confitentis et gerdile Petri Gauterii a juria, et gerdile Stephani Benedicti a lacu.

Item, quondam ochiam emptam cum arboribus sitam subtus ochiam dicti Vauriquier quondam quam in precedenti extenta eidem confitens pro indiviso tenere recognovit cum Aymoneto Regis de Canali cum quo eam dimisit et limictibus limictacionis juxta pratum Guilielmi Mistralis domicelli et heredum Reynaudi Barberii quod eciam tenet idem Nobilis Guiliermus a borea, ochiam quam tenet idem Nobilis a dicto Aymoneto Regis, ochiam Stephani Benedicti que fuit de bonis Jaquemi Gauterii et eius nepotis a vento, ochiam dicte confitentis quam eciam tenet ab heredibus Perrodi Regis a juria, et gerdile Stephani Benedicti a lacu.

22v Item, unam posam terre que solebat esse vinea sitam supra Chinaul loco dicto en laz Bigny douz Champt juxta nemus Henrici Besson a borea, viam publicam tendentem de Brussins apud Bructigniez a lacu, viam publicam tendentem en Chastellion a vento, nemus heredum Perrodi de Chinaul quod possident liberi Mermeti Evrardi a juria.

Item, unam posam nemoris sitam en Chastellion indivisam ut supra juxta valles de Brussins a borea, nemus Francisci Dogmenoz a vento, nemus liberorum Mermeti Evrardi a lacu, et nemus Aymoneti Clavelli quod fuit Amedei Probi alias Ferrachon a juria.

Item, quasquidam planchias et exertas en laz Vaul continentes circa duas posas indivisas cum se ipsa ad causam heredum Perrodi de Chinaul quorum bona tenet, juxta nemus Marguerete filie quondam Johannis filii quondam Guilielmi Oriod a borea, tactam liberorum Mermeti Evrardi a vento, terram dicti Marguerete a juria, et nemus Henrici Besson a lacu.

Item, circa quinque posas terre sitas subtus Espinouz indivisas ut supra juxta terram Petri de Clare[n]s alias Loyty a juria, planchias vacantes Reymonde filie quondam Francisci Vivent a lacu, terram Johannis Cagnioz a vento, et nemus de Bondex ? a borea.

Item, ibidem unum exertum continens circa unam posam indivisum ut supra juxta terram dicte confitentis et terram quam tenet ab heredibus Perrodi Regis a vento, terram ad nemus et Geniperiam ? perventam liberorum Mermeti Evrardi a borea.

Item, unam posam terre sitam en Vullibionda indivisam ut supra juxta tactam Mermeti Prodon a lacu, terram Francisci de Combis que fuit de bonis Johannis de Sancto Liberio a juria, pratum Guilliermi de Glant quod fuit dictorum Oriod a vento, et viam de Vullibionda a borea.

Item, unum morsellum planchie situm supra laz Crosaz indivisum ut supra juxta tactam dicte confitentis quam tenet ab heredibus Perrodi (faintly inserted by reference mark ^ : Regis) a lacu, viam publicam tendentem de Brussins apud Bructignie a juria, viam de laz Ronsa ? a vento, et tactam dicte confitentis a borea.

Item, dimidiam posam terre sitam subtus domum Estevenyez ? juxta terram Reymonde relicte Petri Reymondi de Vinsel que fuit de bonis Nobilis Glaudii de Subtusecclesiam a vento, viam publicam a juria, pascuam communem a lacu, et terram Jaqueti de Tillia a borea.

Item, quandam peciam vinee sitam en Condamines juxta vineam Aymoneti Batier de Gillier a vento, terram dicti Aymoneti que fuit de bonis Girardi de Missie a borea, viam publicam tendentem Abbonam (=Albonam) a juria, et vineam Petri Gaterii (=Gauterii) alias Grojoham a lacu.

23 Item, unum morsellum nemoris et planchie situm en Filivoux indivisum cum se ipsa confitenti ad causam bonorum heredum Perrodi Regis que fuerunt sibi in accensamentum ut eadem asserit tradita juxta nemus Henrici Besson [et] Amedei Probi quod tenet Aymonetus Clavelli et dicte confitentis a borea, nemus liberorum Mermeti Evrardi et Petri Gauterii a vento, terram eiusdem Petri a juria, et viam publicam de Corberes a lacu.

Item, unam planchiam indivisam ut supra sitam en laz Vaul juxta planchias que fuerunt Roleti de Chinaul et quas tenet Petrus Gauterii a juria et vento, et nemus Nobilis Glaudii de Subtusecclesiam a borea, pro quibus rebus superius limictatis et confinatis et pro una ochia continentis unam fosseratam terre sitam ouz Bocuneys ? per Aymonetum Clavelli titulo empconis facte recognita eadem confitentis pro se et suis quibus supra, cense 3 solidos 7 denarios Gebennenses et 1 bichetum frumenti ad mensuram Brussini.

Item, de bonis Guilliermi Lathomi per ipsam confitentem dudum recognitis tenere titulo acquisiti prout in veteri extenta facta mencio, scilicet duas partes unius seytorate prati sitas subtus pratum ecclesie de Brussins en laz Ruczat indivise cum qua supra ut supra tenente bona dictorum heredum Perrodi Regis juxta pascuam communem a vento et juria, pratum ecclesie de Brussins a borea, et pratum Johannis de Putheo a lacu.

Item, de bonis Johannodi Baul per ipsam confitentem in precedenti extenta tenere recognitis titulo acquisiti unam posam terre sitam en Ravachaul juxta terram Nycodi Gailliardi a borea, terram Jaqueti de Tilia que fuit Aymoneti ? Clavelli a vento, pascuam communem a juria, et viam publicam tendentem ad molendinum de Verney a lacu.

Item, unam fosseratam vinee sitam en Combes juxta vinam Johannis nuptriti (=nutriti, illegitimate son) Henrici Besson a vento, vineam Petri Gauterii a borea, vineam Glaudii de Subtusecclesiam que fuit de bonis et hereditate Perreti Fonjallat a juria, et semitam tendentem de Vinsel apud Brussins a lacu.

Item, unam posam terre sitam en Luvinay juxta terram Petri Gauterii a lacu, terram Peronete uxoris Glaudii Bosons filie quondam Henrici Escofferii a juria, terram Johannis Thomasseti que fuit de bonis et hereditate Johannis Mannet ? a borea, terram Henrici Tissot quam tenere solebat Aymonetus Batier a vento, cense 1 bichetum frumenti.

23v Item, tenere confitetur de bonis Perreti Calliat per ipsam confitentem in extenta precedenti tenere recognitis titulo adquisicionis per quondam Amedeum de Canali dicto Perreto Calliat quondam facte, videlicet unam peciam vinee sitam in territorio de Brussins loco dicto en Lengolliouz et que jam supra limictata est in una fosserata vinee sita en Combes prout de lictera et laude in sua precedenti recognicione extitit facta mencio.

Item, tenet de bonis dicti Perreti Calliat per ipsum quondam Perretum in dotem datis et constitutis quondam Perrote dicti quondam Perreti Calliat filie eiusdem confitentis matris ut in precedenti extenta in recognicione dicte confitentis continetur, videlicet unam falcatam prati indivisam cum Girardo Milicad (=Millicard) sitam en Meillier juxta pratum Stephani de Gland a lacu, pratum Mermeti Mugneron quod fuit de bonis dicti Perreti Calliat a vento, pratum Glaudii de Subtusecclesiam et Francisci de Combis a juria, et pratum Petri Galliardi habitatoris de Gillier quod fuit Nobili Glaudii de Subtusecclesiam a borea, et pro predictis rebus que fuerunt dicti Perreti Callia, una posa terre sita ouz Fossaul, et dimidia posa terre seu tacte sita juxta molendinum de Verney de dictis bonis a sua precedenti recognicione citis ? in excambium Nycodo Galliardi de Verney tradita debere confitetur eadem confitens pro se et suis quibus supra de laude qua supra in exhonerationem census dicti Perreti Calliat super bonis dicti Perreti Calliat in precedenti extenta coequatum (=coaequatum) scilicet duos bichetos frumenti ad mensuram Abbone (=Albone) census predictam confit[en]tem et suos dictis domino commendatario et conventui Romanimonasterii et suis quibus supra annis singulis termino predicto solvendos.

Item, de bonis Johannis Rossie ex empto per Amedeum de Canali facto a dicto Johanne Rossie prout in extenta precedenti in recognicione sua extitit facta mencio videlicet quandam peciam ochie sitam in territorio de Brussins continentem circa unam fosseratam sitam super ochias eis Reis juxta terram dicte confitentis a borea et lacu, viam publicam a parte venti, et terram dicte confitentis a juria.

Item, unam ochiam continentem circa duas fosseratas terre sitas supra Chinaul quam Amedeus Regis quondam de Chinaul pater dicte confitentis sub pensione annuali quatuor denariorum a quondam Jaqemino Gauterii et liberis quondam Francisci Gautier tenebat et possidebat ut in recognicione dictorum Jaqemini et liberorum in extenta precedenti per ipsos facta continetur et quam eadem confitens ut asserit tenet et possidet sub dicta pensione a Petro Gauterii juxta ochiam Perrodi de Chinaul quam tenet eadem confitens a lacu, vineam dicte confitentis a juria, ochiam dicti Petri Gauterii a vento, et pratum et ochiam dicte confitentis a borea.

24 Item, tenere confitetur eadem confitens et Jaquetus Gascon conjuges prenominati, videlicet dicta Aymoneta de laude dicti Jaqueti Gascon eius viri ut supra pro se et suis heredibus et successoribus universis in feudum et sub homagio ligio a prefatis domino commendatario et conventu dicti prioratus Romanimonasterii et suis quibus supra successoribus de bonis et recognicione dicti Aymoneti Regis hominis ligii dictorum domini et conventis ex abbergamento et accensamento dictis conjugibus dudum per filicis recordacionis Fratrem Johannem de Juys priorem quondam dicti prioratus Romanimonasterii perpetue facto sub simili homagio debito per dictum Aymonetum Regis censibusque, serviciis, tributis, et aliis omnibus infrascriptis et sub condicione quod ipsi conjuges eo quod ad aliud homagium dicto quondam domino priori et conventui tenebantur unum ex liberis suis ipsis domino et conventui tradere in deservitorum tenerentur et deberent infra certum temporum jam diu est lapsum, prout constat et fidem facit quodam publico instrumento manu quondam Peroneti Foresii olim dictorum extentarum commissarii recepto, levato, et signato sub sigillo dicti quondam domini prioris et conventus Romanimonasterii 24 oct 1444, videlicet res et possessiones infrascriptas sitas et jacentes in villa, territorio, et finagio de Brussins,

Et primo domos, casalia, et ochias contyguos per dictum Aymonetum Regis in precedenti extenta pro indiviso cum ipsa confitentis tenere recognitis sitis apud Chenal in domibus, casalibus, et ochiis superius confinatarum limictatibus inclusis.

Item, unam posam nemoris sitam en Chastellion pro indiviso cum se ipsa confitente et prescripti recognicione et limictibus superius comprehensam ?

Item, pro indiviso ut supra quandam planchiam et exerta sitam en laz Vault continentem circa duas posas in presenti recognicione superius per dictum Aymonetam confitentem et limictibus comprehensas ?

Item, pro indiviso ut supra circa quinque posas terre sitas subtus Espinoux.

Item, ibidem unum exertum pro indiviso ut supra continens unam posam in presenti recognicione superius limictatum.

Item, ut supra pro indiviso cum ipsa confitente unam posam terre sitam en Vullibiondaz in huiusmodi recognicione et limictatibus superius comprehensam.

Item, unum morsellum planchie pro indiviso ut supra situm subtus laz Crosa in huiusmodi recognicione et limictatibus comprehensum.

Item, unum morsellum planchie et nemoris pro indiviso ut supra en Fillivoux per dictam Aymonetam confitentem superius confinatum.

Item, ulterius tenere confitetur pro indiviso ut supra unam planchiam sitam en laz Vault superius per dictam confitentem recognitam et confinatum, pro quibus rebus ulterius specificatis et recognitis titulo abbergamenti debere confitetur prenominata confit[en]s de laude qua supra pro se et suis quibus supra prefatis domino commendatario et conventui dicti prioratus Romanimonasterii et suis quibus supra successoribus deductis et detractis dicte confitenti de

censu super predictis rebus in extenta precedenti per dictum Aymonetum Regis recognito decem octo denariis Gebennensium debitis per Mermetum Probi ex coequatione (=coaequatione) ut asserunt dicti confitentes facta super predictis bonis et una posa cum dimidia terre de bonis Amedei Regis per dictum Mermetum Probi recognita videlicet duos solidos et unum denarium Gebennensis et unum bichetum frumenti ad mensuram Brussini per dictos conjugos confitentes et suos dictis domino et conventui et suis anni singulis termino predicto persolvendos.

24v Item, tenere confitetur ulterius ut supra pro indiviso duas partes unius seytorate prati sitas subtus pratum ecclesie de Brussins en laz Ruczaz in huiusmodi recognicione superius limictate et confinate, et quia dicti conjuges confitentes asserunt nullum liberorum suorum esse in etate legitima dictum homagium dicti Aymoneti deserviendi et recognoscendi prefati domino commendatario et conventui dicti prioratus Romanimonasterii pro tenemento et bonis ipsius Aymoneti premencionatis, idcirco requisicioni et supplicacioni benevole dictorum conjugum confitencium eisdem confitentibus et suis per prefatum dominum et conventum abbergamentum predictum fuit laudatum et confinatum et dictum homagium pro ipsis rebus abbergatis ad suffertam perpetuam positum et remissum pro et mediantibus sex denariis Lausannensibus census dandis et solvendis per ipsos confitentes et suos predictos dicto domino et conventui et suis predictis anno quolibet termino predicto pro dicta sufferta homagii, witnesses Providus vir Anthonius Migerand de Luyns, Johannes Pectleti de Nyviduno, Franciscus de Combis, et Jaquetus Gascon junior habitator Brussini, with signature and paraphe of Petrus Jaquemardi.

25 Johannes Besson nuptritus Henrici Besson de Brussins habitator Gebennis, 22 mar 1458, res et possessiones sequentes sitas in territorio de Brussins que quondam fuerunt per prenominatum Henricum Besson eius patrem in manibus quondam Peroneti Foresii olim dictarum extentarum commissarii recognite dateque et remisse dicto Johanni Besson eius filio donacione perpetua et irrevocabili prout constate et fidem facit quodam publico instrumento inde recepto, levato, et signato per Discretum virum Anthonium de Migerand notarium de Luyns 14 mar 1452,

Et primo, unum jornale vinee vel circa situm en laz Jonchiery juxta vineam heredum Amedei Bergier a vento, vineam Nobilis Guilliemi de Gland que fuit Perreti Fonjallati a juria, vineam Aymonete uxoris Jaqueti Gascon ex borea, et semitam tendentem apud Vinsel a parte lacus, cense 2 denarios cum obolo et tercium alterius oboli et tercium unius quarteroni frumenti.

Item, quartum unius pose castanerie site en laz Vaul juxta castaneriam et nemus Glaudii de Subtusecclesiam a lacu et vento, viam douz Berdeouz a borea, nemus et castaneream heredum Guilliemi Oriod a juria, quaquidem due pecie superius limictate fuerunt de bonis et hereditate Leone filie quondam Peroneti Gringet de Brussins et dicto Henrico vendite per Aymonetum filium quondam Perreti ? Fabri de Visencie precio decem novem florenorum parviponderis manu Johannem Thomasseti notarii et sibi remisse sub homagio per eundem Henricum jam debito prout in extenta supra mencionata latius continetur.

25v Item, tenere confitetur titulo quo supra de bonis et hereditate Johannis de Sancto Liberio per dictum quondam Henricum eius patrem ut in dicte recognicione extente predictis fit mencio acquisitis ab Oliverio Mistralis domicello unam peciam prati continentem duas falcatas prati sitas ouz Praz duz Peys juxta pratum Henrici Tissot a juria, pratum Glaudii de Subtusecclesiam a lacu et vento, et pratum heredum Johanneti et Francisci Borquinat a borea,

que pecia prati et predictae pecie vinee et castaneree laudate fuerunt dicto confitenti per Venerabilem Religiosum Fratrem Petrum de Soverniaco admodiatorum dicti prioratus Romanimonasterii prout constat lictera laudimii lictere donacionis prenarrate alligata per dictum Anthonium de Migerant notarium signata 09 jan 1453, witnesses Discretus vir Anthonius de Migerand notarius, Johannes Primeti de Nyviduno, et Nycodus Mugnerii de Verney, with signature and paraphe of Petrus Jaquemardi.

26 Petrus Gauterii alias Grozjohani filius quondam Francisci filii quondam Johannis Gauterii de Brussin, 03 mar 1459, res et possessiones infrascriptas sitas et jacentes in villa, territorio, et finagio de Brussins que quondam fuerunt de bonis et hereditate Jaquete filie quondam Vulliermi de Chinaul avie matris Jaquemini Gautier eius avunculi et dicti quondam Francisci eius patris, et dudum simul et semel recognite per dictum Jaqueminum eius avunculum et Henricum Besson tutorum tunc ipsius confitentis et Nycodi eius fratris in manibus quondam Peroneti Foresii olim dictarum extendarum commissarii in cuius manibus pro ipsis rebus dictus Jaqueminus Gauterii se et dictus Henricus tutor dictum Petrum confitentem et Nycodum eius fratrem esse constituerunt homines ligios predecessores dictorum domini commendatarii et conventus et suorum successorum, cuius quidem Jaquemini Gauterii idem confitens partem et parcionem ipsarum rerum tenet et possidet tam nomine hereditatis quam titulo vendicionis sibi confitenti per dictum Jaqueminum facto precio sex librarum bone monete ut in licteram vendicionis latius continetur manu Johannis Thomasseti notarii recepta 29 may 1439..., lods dated 26 sep 1446 (Peronetus Foresii),

26v Et primo, domum ipsius confitentis cum casali dicte domui contiguo, ochiisque et arboribus contiguis sitam apud Brussins juxta clausum domini a vento, viam publicam a borea, vineam dicti confitentis a iuria, et domum eiusdem a lacu.

Item, unam posam terre sitam ou Curchampt juxta terram Stephani Benedicti a iuria, terram Petri Gauterii ex lacu, terram dicti confitentis et heredum Mermeti Evrardi a borea, et pratum Mermeti Mugneron de Dullit ex vento, cense 1 bichetum frumenti.

Item, modicum prati situm en Curchampt super quo Henricus Besson de Brussins percipit duas solidos cum dimidio annue pensionis juxta pratum Guilliermi Mistralis domicelli a lacu, terram dicti confitentis a borea et iuria, pratum Francisci Dogmenoz alias Gabbaz a vento.

27 Item, unam posam terre sitam en Luvinay juxta terram Johannis Bertet a borea, terram Henrici Tissot a vento, terram Richardi Foucignier a lacu, et terram Aymonete Gaconaz (she is the wife of Jaquetus Gascon senior) a parte jurie, cense 1 bichetum frumenti.

Item, tenere confitetur medietatem dimidie pose vinee site en Lengollioux juxta rivum duz Pitit Engolliou a borea, vineam Aymonete uxoris Jaqueti Gascon a vento, semitam tendentem de Brussins apud Vinsel a lacu, et vineam Jaqueti Gascon junioris que fuit de bonis Johannis Lathomi a iuria.

Item, modicum prati situm apud Verney juxta pratum et terram dicti confitentis a borea, pratum Aymoneti Chavelli (=Clavelli ?) quod fuit Amedei Ferrachon et Francisci Dogmenoz alias Gabbaz a vento, pratum dicti confitentis a lacu, et terram eiusdem a iuria, pro quo modico

prati debebat singulis annis de pensione annuali Henrico Besson pro se et suis heredibus duos solidos bone monete, quos dictus Henricus Besson pro se et suis remisit in manibus mis dicti commissarii prefatis domino commendatario et conventui et suis quibus supra successoribus prout jam predecessoribus ipsorum domini et conventus ipse Henricus asserit remisisse quia ab eodem confitente nichil de ipsis duobus solidis poterat habere, et quos ipsis debere confitetur, pro quibus duabus peciis tam vinee quam prati preconfinatis se debere confitetur dictos duos solidos dicte pensionis pro se et suis quibus supra prefatis domino commendatario et conventui Romanimonasterii et suis successoribus predictis, scilicet unum bichetum frumenti census.

Item, medietatem unius fosserate ochie site en Chinaul domum Aymonete uxoris Jaqueti Bascon juxta a parte lacus, vineam dicte Aymonete a juria, pratum eiusdem Aymonete a borea, et viam publicam a vento.

Item, medietatem octo posarum nemoris et terre sitarum en Chastellion juxta nemus heredum Mermeti Evrardi a juria et lacu, iter publicam douz Berdeouz a vento, et nemus domini de Mont a lacu.

Item, medietatem unius pose terre et nemoris site en Fillivoux juxta nemus Francisci de Combis quod fuit heredibus Francisci Gringet a vento, nemus heredum Mermeti Evrardi a borea, et viam publicam tendentem ad Corberes a lacu.

Item, medietatem quatuor posarum terre contiguarum sitarum en Nerines juxta terram Johannis de Clarens de Serraux a juria, terram heredum ouz Fol Pivar a lacu.

Item, ibidem prope medietatem duarum posarum terre juxta terram Johannes de Clarens a juria, terram Marguerete filie quondam Johannis filii Guilliermi Oriod a borea, nemus Francisci de Combis et plurium aliorum a lacu.

27v Item, unam peciam terre sitam en Curchamp juxta terram Aymoneti Clavelli a juria, pratum Mermeti Mugneron a vento, pratum Nobilis Guilliermi Mistralis a lacu, et terram dicti confitentis a borea.

Item, medietatem dimidie falcate prati site in Prato Dostaz juxta pratum dicti confitentis a lacu et juria, et pascuam communem a borea et vento.

Item, duos denarios Gebennenses annue pensionis sibi confitenti annis singulis debitos per Aymonetam uxorem Jaqueti Gascon senioris pro una ochia continente circa duas fosseratas sitas supra Chinaul juxta ochiam dicte Aymonete a juria et lacu, et ochiam dicti confitentis a vento.

Item, unam peciam prati sitam in Prato Dostaz juxta pascuam communem ex utraque parte, et pratum dicti confitentis ab aliis partibus, pro quibus rebus supra proxime confinatis et pro una posa terre sita en Champagnier alias en Rogas ? recognita sub dicto censu per Henricum Tissot de Gillier idem recognoscens pro se et suis quibus supra debere confitetur prefatis dominis commendatario et conventui Romanimonasterii et suis quibus supra successoribus, scilicet duos bichetos frumenti et tres denarios Gebennenses census.

Item, de bonis ouz Fol Pivar per obligacionem ut in extensis precedentibus extitit facta mencio unam posam terre seu nemoris sitam en Chastellion juxta nemus heredum Mermeti Evrardi a juria, nemus Henrici Besson a lacu, iter publicam a vento, et castaneriam Guillermi de Glan a borea.

Item, de bonis Roleti de Chinaul ex accensamento per Johannem de Ginullier ? quondam Johanni Gauterii ut in extensis precedentibus fit mencio facto sub censu infrascripto per ipsum Johannem de Ginuillier ? vice ? predecessores ? (end of the word is lost in the binding) prefati domini commendatarii vendito, res sequentes,

Et primo, quasdam domos cum casalibus, ochiis, et ortis contiguus juxta clausum domini a vento, domum Johannis Hugonini a lacu, viam publicam a borea, et domum dicti confitentis a juria.

Item, unum morsellum ochie situm ibidem juxta ochiam dicti confitentis a lacu, vineam domini a vento, viam publicam a borea, et vineam dicti confitentis a juria.

Item, unum morsellum ochie situm ibidem juxta ochiam Aymonete uxoris Jaqueti Gascon senioris a borea, ochiam dicte Aymonete a lacu, ochiam dicti confitentis a vento, et vineam eiusdem Aymonete a juria, cense 14 solidos bone monete.

Item, tenere confitetur ex permutacione per dictum quondam Johannem Gauterii facta cum Johanne de Ginuliaco ut in precedentibus extensis fit mencio, scilicet medietatem dimidie falcate prati site in Prato Dostaz juxta pascuam communem a partibus boree et venti, et pratum dicti confitentis a lacu et juria, cense 4 denarios Gebennenses.

28 Item, de bonis per dictum tutorum suum in precedenti extenta titulo empconis tenere recognitis quatuor posas terre sitas en Curchamp quas tenere solebat pro indiviso cum Mermeto Evrardi juxta pratum Aymoneti Clavelli a juria, pratum Francisci de Combis quod fuit Perreti Gringet et plurium aliorum a vento, pratum Mermeti Mugneron et dicti confitentis a lacu, et terram dicti confitentis a borea.

Item, de bonis Johannete relicte Johannis Besson ex accensacione per dictam Johannetam ut in extenta precedenti fit mencio dicto quondam Johanni Gauterii facta videlicet modicum ochie situm juxta ochiam dicti confitentis ex lacu, vineam eiusdem confitentis a juria, viam publicam ex borea, et vineam domini a vento.

Item, unum parvum sellionum terre situm juxta terram dicti confitentis a borea, vineam eiusdem confitentis a vento, viam publicam tendentem en Croset a juria, et vineam domini a lacu, pro duodecim denariis Lausannensium annue pensionis quod percipit ut in extenta precedenti fit mencio curatus de Brussins.

Item, de bonis Janini dicti Gabbaz in extenta precedenti per dictum Henricum Besson quondam tuorum (should be *tutorem*) suum recognitis videlicet modicum prati situm en Curchamp juxta pratum Mermeti Mugneron et Aymoneti Clavelli a vento, pratum et terram dicti

confitentis a borea, pratum Henrici Tissot quod fuit Stephani Benedicti a lacu, et terram eiusdem confitentis a iuria.

Item, de bonis Johannis Rossier per dictum eius quondam tutorem ut supra recognitis unum morsellum ochie situm supra laz Duyes nunc in vineam reversum juxta viam publicam de laz Crousa a borea, vineam dicti confitentis a vento, iuria, et lacu.

Item, de bonis Peronodi Besson unam posam terre sitam en Curchampt juxta terram dicti confitentis a iuria et lacu et borea, et pratum Mermeti Mugneron a vento.

Item, de dictis bonis dicti quondam Peronodi Besson quartum unius falcate prati site in Prato Dostaz inclusum in limictibus superius dictis.

Item, de bonis Peronete uxoris quondam Stephani Primeti que alias in precedentibus recognicionibus titulo empchonis fuerunt recognite duas posas terre sitas eis Tactes subtus Brussins loco dicto en Curchamp juxta pratum Aymoneti Clavelli et heredum Petri Vuarnerii a iuria, terram et pratum Jaqueti Gascon junioris quod fuit de bonis Johannis Maczon a lacu, pratum Guilliemi Mistralis domicelli a vento, et pratum Nobilis Stephani de Gland a borea.

Item, de bonis Roleti de Chinaul per ipius confitentis tutorem predictum quondam nomine ipsius confitentis recognitis unum morsellum vinee situm retro Chinaul juxta aquam de Rey a iuria, vineam clausi domini a lacu.

28v Item, modicum terre situm retro Chinaul juxta terram dicti confitentis a lacu, viam publicam de la Crosa a borea, et terram dicti confitentis a iuria, que res et possessiones supra limictate in una veterum extentarum recognite fuerunt per pernommatum quondam Jaquetam filiam Vulliermi de Chinaul sub uno ? ad unum homagium duntaxet ? esse ascriptis ? et certum per prenominatos Jaqueminum Gauterii et dictum Henricum Besson dicti confitentis et Nycodi Gauterii eius quondam fratris tutorem ad duo homagia simul et semel in precedentem recognicionem per dictum quondam Peronetum Foresii receptis quequidem homagia dicti quondam Jaquimini Gauterii eius patrem acque suum predictum idem confitentes velut heres legitimus dicti quondam Jaquimini Gauterii et possessor rerum predictarum petunt et humiliter supplicavit ad unum homagium reduci poni et remicti videlicet sub suo homagio aut suffertam perpetuam daro de uno retento ? quod de uno ut supra racione rerum predictorum fuerunt facta duo homagia que unita fuit de presenti ipsius confitentis manibus quod sibi in huiusmodi sua recognicione requisicioni ipsius confitentis consone racioni fuit positum remissum et reductum sub homagio per ipsum superius recognito, pro et mediantibus duodecim denarii bone monete census patrie in presenti extenta sibi confitenti impositis racione remissionis dicti homagii super premissis rebus ultra dictum alium censum ut supra recognitum solvendis et reddendis per dictum confitentem et suos dictis domino commendatario et conventui dicti prioratus Romanimonasterii et suis successoribus predictis tamdiu quamdiu homagium predicti Jaquimini Gauterii sub predicto suo homagio fuit dimissum annis singulis termino supra dicto...

Item, ex empto per ipsum confitentem facto a quondam Mermeto Evrardi precio tresdecim florenorum parviponderis ut lacius describitur instrumento recepto per Johannem Thomasseti notarium 06 jun 1441 indeque laudato per dictum quondam Fratrem Johannem de

Juys priorem quondam dicti prioratus Romanimonasterii prout ipso vendicionis instrumento et laude eidem annexis et prout decet sigiliata signataque per dictum quondam Peronetum Foresii notarium 22 oct 1444, videlicet, unum sellionum vinee nunc in terram perventum situm subtus Gillier alias eis Condemines juxta vineam Aymoneti Basterii a vento, vineam dicti confitentis a borea, vineam Aymonete uxoris Jaqueti Gascon a juria, et viam publicam tendentem de Nyviduno Albonam a lacu.

29 Item, ex empto per quondam Johannem Gauterii avum patrum dicti confitentis facto a Johanne de Ginullier notario habitatore Brussini et Peroneta eius uxore filia quondam Johanneti Juglard de Brussins precio sexdecim librarum bone monete ut in lictera manu Perreti Bapchie quondam notarii 20 apr 1416 recepta leguntur contineri de bonis et hereditate Annexonis filie quondam Johannodi dicti Baul uxoris Jaqueti Michie de Verney videlicet falcata unam prati sitam en Mellier juxta pratum Nycodi Galliardi a borea, pratum Mermeti Mugneron a vento et borea, terram heredum Mermeti Evrardi et dicti confitentis a juria, et pratum Stephani de Gland domicelli a lacu, que per prenominatum Jaqueminum impignorata fuit et per dictum confitentem rehempta ab Aymoneto Basterii de Gillier ut in eiusdem Aymoneti recognicione fit mencio precio octo florenorum.

Item, titulo quo supra tercium unius falcate prati siti en Curchampt in territorio de Verney juxta terram dicti confitentis a borea, pratum Henrici Tissot quod tenere solebat Stephanus Benedicti a lacu, pro quo tercio alias deberi solebantur Amedeo Ferrachon alias Prodon de cuius Amedei bonis erat duo solidi ? et sex denarii bone monete annue pensionis.

Item, quartum unius pose terre site ibidem en Curchamp que fuit de bonis eciam dicti Amedei Ferrachon juxta terram dicti confitentis que fuit quondam Mermeti Evrardi a vento et borea, terram et pratum eiusdem confitentem a lacu et juria.

188v Johannes filius quondam Jaqueti Escuellier de Montero, 02 nov 1459, que fuerunt per dictum quondam Jaquetum eius patrem in manibus Peroneti Foresii olim dictarum extentarum commissarii recognitiis, videlicet medietatem pro indiviso cum Martino eius fratre quatuor

posarum terre et nemoris sitarum in territorio de Montero loco dicto en laz Sendellyrit juxta nemus et terras Petri Ros alias Savariet a borea, terram Michaelis Marquix et nemus dicti Petri Ros a vento, nemus ecclesie de Montero a lacu, et rivum de laz Saubretaz a juria, cense medietatem 5 denariorum cum obolo Lausannensium, witnesses Franciscus de Combis faber habitator de Brussins, Martinus Escuallier, Petrus Savariet de Longiro, et Johannes de Prato de Luyns, with signature and paraphe of Petrus Jaquemardi.

189 Aulbonaz (=Aubonne)

189 Petrus Berthier (Bertier) burgensis Albone filius Vulliermi Berthiez quondam dicti loci de Albona, 27 oct 1457, quondam peciam terre et nemoris continentem circa viginti posas sitas et jacentes in finagio de Montero juxta terram Johannis Savariet (or possibly Sanaviet ?) a borea, nemus ecclesie de Montero ex parte lacus, terram Guilliermi et Stephani Escuallier ac Stephani de Crosaz de Saubraz a juria, terram heredum Andre Jaquet et Petrusm Oyselli ex vento, cense 3 solidos Gebenneses, witnesses Nobilis Johannes de Sauverniaco et Johannes Baux habitator de Gillier, with signature and paraphe of Petrus Jaquemardi.

189v Nobiles Johannis et Guiliermus Marchandi fratres de Albona, 13 jun 1457 (anno et indicione quibus supra), de bonis per quondam Jaquetum Marchiandi alias recognitis ut in antiqua recognicione fit mencio ex abbergamento per unum predecessorum prelibati domini commendatarii et conventus Romanimonasterii Jaqueti filio quondam Petri dicti Marchiandi de Albona facto prout constat ipsius abbergamenti lictera data 03 dec 1333 (clearly written in words), videlicet quondam peciam prati continentem duas falcatas prati sitas en laz Praz de Monthero juxta pratum Johannis Monrichier a vento, pratum Peronete relicte Mermeti Bassins a borea, pratum domini prepositi Montisjovis a juria et lacu, et pratum heredum Petri Bertier et Johannis Fonjalleti eciam a borea, cense 10 denarios Gebennenses, witnesses Nobiles Johannes de Sovernier, Guiliermus Mistralis, et Glaudius de Subtusecclesiam, with signature and paraphe of Petrus Jaquemardi.

(Fols. 190v-192v are blank.)

193 Alamant

193 Glaudius Commarrat de Alamant filius quondam Girardi Commarrat de eodem, 27 oct 1457, de bonis et hereditate Amareti de laz Villaz de Alamant sibi eventis ex institucione testamentaria dicti Amareti de laz Villaz ut asserit videlicet quatuor posas terre sitas en Roveyres juxta nemus de Roveyres domini de Alamant a lacu, terram Mermodi Goy que fuit Anthonii Huguetaz a juria et vento, et juxta terram Johannis Duchat alias Gautier ex borea, cense 1 bichetum frumenti pulcri et receptibilis ad mensuram Albone et 14 denarios Gebennenses, witnesses Petrus Bertherii de Albona, Glaudius Revilliodi de Longiro, et Petrus Paravy (clear) de Alamant, with signature and paraphe of Petrus Jaquemardi.

194 Petrus Boulat filius quondam Petri Boulat de Albona, 14 may 1459, de bonis per ipsum confitentem in manibus Peroneti Foresii olim dictarum extentarum commissarii recognitis ut in precedentibus extensis fit mencio, et pridem fuerunt de bonis Stephani filii quondam Johannodi

de laz Fully ut in precedentibus extensis mencio habetur videlicet res sequentes sitas et jacentes in villa et territorio de Alamant,

194v Et primo, quandam peciam prati continentem duas falcatas sitas in territorio predicto loco dicto en Rovereys in pratis supra villam de Alamant juxta pratum Aymoneti Challet de Albona a vento, terram Glaudii Commorat de Villar a borea, nemus Aymoneti Huguetaz a juria, pratum et terram heredum Perrodi Gaczal a parte lacus, cense medietatem unius quarteroni frumenti ad mensuram Albone et 2 denarios cum obolo Gebennenses.

Item, tenere confitetur ut supra dictus confitens pro se et suis quibus supra a prefatis domino commendatario et conventu Romanimonasterii et suis quibus supra, videlicet quandam peciam prati sitam in territorio de Gimel loco dicto in Comba Molendinii juxta pratum Peronete relicte Petri Belley (elsewhere *Boley* or *Bolley*) a borea, viam publicam tendentem ad juriam a vento, terram Petri Follietaz (=Fillietaz) a juria, et pratum Stephani, Johannis, et Oliverii Reymondi de Albona a parte lacus.

Item, tenet de bonis que fuerunt Perrodi Palliod de Gimel ut in precedenti extenta fit mencio unam falcataam prati sitam in territorio predicto de Gimel loco dito ouz Verney juxta pratum Peronete relicte Petri Boley a borea, pratum Hugonete uxoris Georgii Veyrat a vento, et pratum Stephani Druet a lacu et juria, witnesses Johannes Biolerii de Nyviduno et Petrus de Boulo de Trelex notarii, with signature and paraphe of Petrus Jaquemardi.

195 Petrus Paravy de Alamand, 1459 (anno et indictione quibus supra, day and month not given), sub censibus, serviciis, et tributis inferius mencionatis terre, nemus, et prati peciam inferius confinatum que fuit tam de bonis Anthonii Huguetaz quam Glaudii de Nemore de Alamand ut in recognicionibus precedentibus per Peronetum Foresii notarium receptis et signatis legitur contineri quictatis et remissis dicto domino et in presenti extenta die presenti dicto confitenti abbergatis per Venerabiles Religiosos viros Dominos Petrum de Suverniaco priorem de Cossonay camerarium prioratus predicti Romanimonasterii et Nycodum Benedicti priorem de Cossonays admodiatores et vicarios in spiritualibus et temporalibus dicti prioratus Romanimonasterii pro introgio dimidii mustorum aut ? sex solidis de pistibus (meaning *pistolibus* ?, referring to money of France, or else *piscibus*, referring to a quantity of fish worth 6 sols ?), et pro censu, servicio, et tributis inferius mencionatis videlicet, quandam peciam terre et nemoris continentem circa duas bonas posas sitam in territorio de Allamand loco dicto en Ravoreys juxta nemus domini de Alamand a lacu, terram Petri Boulat a juria, terram Glaudii Commarat ex borea, pratum Johannis Marchiand, Petri filii Johannis Givaz ? et Jaqueti Brussins ex vento, et que pecie fuit in precedentibus recognicionibus in manibus dicti Peroneti Foresii recognita in duabus parcellibus per dictos Anthonium Hugonetam (should be *Hugonetaz* ?), et Gladium de Nemore, cense 8 denarios Gebennenses et 1 quarteronum frumenti ad mensuram Albone, witnesses prelibatus Venerabilis Religiosus Frater Petrus de Souverniaco prior de Cossonay co-admodiator et vicarius dicti prioratus Romanimonasterii, Nobilis vir Petrus de Souverniaco alumpnus predicti ?, et honestus vir Johannes de Lamfrey notarius de Paterniaco, et Franciscus de Combis faber habitator de Brussins, with signature and paraphe of Petrus Jaquemardi. (In the terrier of Peronetus Foresii, Fj 3, the reconnaissances of Anthonius Huguetaz and Gladius de Nemore, fols. 163v and 164, dated 24 and 27 jan 1434, are

incomplete, giving very little history, suggesting that, by the time Fj 3 was finalized, the property had already reverted to the priory.)

(Fols. 196-200v are blank.)

201 Germagnyez

201 Johannes Reymondi de Germagnyez filius Johannodi Reymondi, 27 feb 1459, res et possessiones inferius descriptas sitas et jacentes in villa et territorio de Germagnye per ipsum confitentem in precedentibus recognicionibus recognitas et que antiquitus fuerunt de bonis et hereditate Mermeti de Arcu eiusdem confitentis quondam avi paterni,

Et primo, quoddam casale domus cum ochia ibidem contigua continens circa duas fosseratas situm apud Germagnie juxta vineam Perreti et Francisci Jalliet fratrum a vento, viam publicam a iuria et borea, et vineam dicti confitentis a lacu, cense 12 denarios Gebennenses.

Item, unam fosseratam vinee sitam ibidem juxta vineam Perreti et Francisci Jalliet a vento, viam publicam a borea, domum dictorum Francisci et Perreti Jalliet fratrum a lacu, et ochiam dicti confitentis superius confinatum a iuria, in qua vinea ultimo confinata percipere solebant dicti dominus et conventus medium vinum clarum quoquidem medium vinum clarum fuit eidem confitenti in precedenti extenta accensatum ad censum infrascriptum videlicet ad duas cupas boni vini annis singulis solvendas per dictum confitentem et suos quos supra dictis domino et conventui et suis quibus supra successoribus tempore vindemiarum, witnesses Franciscus de Combis, Girardus Boson, Franciscus Gabaz, et Petrus de Boulo de Trelex notarius, with signature and paraphe of Petrus Jaquemardi.

202v Mermetus Foresterii de Rothulo (Rothulo), 05 mar 1459 (anno et indictione quibus supra), de bonis et recognicione quodam Nobilis Glaudii Jalliet per ipsum Glaudium in precedentibus recognicionibus recognitis et que antiquitus fuerunt de bonis Nycole filie quondam Johannodi de Souvillaz eius avie matris ex cessione seu vendicione dicto Mermeto eius fratris nominibus prout de ipsa vendicione constat lictera super hiis confecta, recepta, et signata per Stephanum de Grens de Gayo notarium 14 feb 1445 in presenti extenta exhibita et laudata, videlicet unam peciam vinee sitam in territorio de Germagnie loco dicto en laz Fin continentem circa unam posam cum dimidia juxta vineas religiosorum Montisbenedicti a iuria, vineam Johannis de Dullit a lacu, viam publicam a vento, et vineam religiosorum Bonimontis quam colit Perretus de Arnex ac vineam capituli de Lausanna a borea, cense 4 cupas vini clari ? in dicta vinea crescenti, et tercium residui vini in dicta vinea crescenti, witnesses Johannes Biolerii de Nyviduno, Petrus de Boulo de Trelex notarii, et Franciscus de Combis habitator de Brussins faber, with signature and paraphe of Petrus Jaquemardi.

203 Nycoleta filia quondam Johannis dicti Jordan (Jordans) de Rothulo relicta Jaqueti Quidons (or possibly Quidoris, = in later records Quidort ?) alias Emerici (or Emeriti ?), 08 may 1458, de bonis per dictum Johannem Jordans eius quondam patrem in manibus Peroneti Foresii olim dictarum extendarum commissarii recognitis, videlicet unam posam tacte que solebat esse vinea sita in vinoblio de Germagnyez subtus Chastaneyreaz juxta viam publicam tendentem de Gillier ad Germagnie a iuria, vineam Petri Pictivallet a lacu, quoddam terrale a borea, et vineam

Domini Johannis Magnin a vento, cense 16 denarios Lausannenses, witnesses Nobiles Guilliernus Mistralis, Nycodus de Clauso junior, et Discretus vir Johannes Challeti de Perruys, with signature and paraphe of Petrus Jaquemardi.

204 Perretus filius quondam Glaudii filii Perreti Jalliet, 26 oct 1459 Style of the Nativity, res et possessiones infrascriptas et confinatas sitas et jacentes in territorio de Germagnie que quondam fuerunt de bonis et recognicione dicti Glaudii Jalliet eius quondam patris in manibus Peroneti Foresii dudum dictarum extentarum commissarii recognitis et specifificatis, et que fuerunt per prius de bonis et hereditate Nycole filie quondam Johannis de Somvillaz (likely an error for Souvillaz) proavie materne dicti confitentis prout in extensis precedentibus fit mencio,

Et primo, dimidiam posam vinee sitam apud Germagnie juxta vineam dicti confitentis a lacu, vineam Francisci de Signarclens (=Senarclens) que fuit Petri de Dulit alias Bechart a juria, vineam capelle Johannis Morelli de Mont ex vento, et juxta ochiam dicti confitentis ex borea.

Item, duas fosseratas vinee sitas a Sonvillaz (written sôvillaz, consistent with the reading of Somvillaz noted above, and in theory not consistent with Souvillaz) juxta vineam et ochiam Johannis Reymondi alias Charveyron ex borea, vineam dicti confitentis ex lacu et juria, et vineam diti Johannis Reymond ex vento, in quibus vineis supra proxime confinatis dictus confitens pro se et suis quibus supra confitetur quod dicti dominus et conventus Romanimonasterii et sui successores predicti percipere debent medium vinum clarum in dictis vineis crescendum annis singulis tempore vindemiarum.

Item magis, tenere confitetur ut supra duas fosseratas vinee sitas ibidem juxta viam publicam ex juria, vinetam dicti confitentis supra limictatam ex lacu, vineam dicti [confitentis] ex vento, et domum et ochiam dicti Johannis Reymond ex borea, cense 12 denarios Gebennenses, witnesses Nobilis vir Petrus de Gland de Sancto Vincencio, Providi viri Johannes Lamfrey de Prumier ? notarius et Franciscus de Combis habitator de Brussins, with additional notation : Ibidem protestatus fuit ut primus, et ego dictus commissarius in principio, medio, et in finis quod per recognicionem predictam vel alias non intendebam renunciare vel prejudicare adjudicacionibus et juribus domini et conventus acque meis de quibus semper sollemniter protestam, presentibus quibus supra, with signature and paraphe of Petrus Jaquemardi.

(Fols. 205-206v are blank.)

207 Chanoz supra Perruys

207 Glaudius Grangerii filius Stephani Grangerii de Eysins habitator de Chanoz supra Perruys suo et Loysie eius uxoris filie quondam Petri Souvin dicti loci de Chanoz et Jacobis ipsius Louise fratris nominibus, 26 feb 1459, res sequentes que quondam fuerunt de bonis dicti quondam Petri Souvyn dictorum Loysie et Jacobi quondam patris per ipsum quondam Petrum in manibus Peroneti Foresii olim dictarum extentarum commissarii alias recognitis ex successione eiusdem,

207v Primo, unum morcellum vinee situm en Malexert juxta vineam Nycodi de Clauso et Janini Oysyauz (=Oyselli) a lacu, vineam Petri et Jaquerii Coinssins quam tenent a domino

preposito Montisjovis a borea, vineam dicti confitentis a vento, et vineam prefati domini commendatarii quam colit dictus confitens a juria.

Item, unum morcellum vinee situm retro torcular dicti domini commendatarii a vento, vineam Nycodi de Clauso senioris et Janini Oysely a lacu, cense 4 sextaria boni vini seu musti ad mensuram dicti loci de Chanoz, que vinee superius confinate antiquitus fuerunt de bonis Petri Meysellier et Johannis douz Bugnyon et fuerunt dicto quondam Petro Souvyn patri dictorum Loysie et Jacobi abbergate per felicis recordacionis Fratrem Johannem de Seysello quondam priorem dicti prioratus Romanimonasterii sub censu predicto ut in precedentibus extentis expressa mencio habetur.

Item, tenere confitetur ut supra dictus confitens pro se et suis quibus supra de bonis per ipsum alias jam recognitis in manibus Peroneti Foresii olim dictarum extentarum commissarii, et que fuerunt sibi dicto confitenti in precedenti recognicione accensata ut in eadem mencio habetur, videlicet duas partes unius pose vinee site en Malexert juxta vineam dicti Loysiz eiusdem confitentis uxoris a partibus venti et lacus, vineam Johannis Martine domicelli que fuit Jaqueti Gascon a partibus boree et jurie, que vinea fuit sibi dicto confitenti ut prefertur accensata perpetue per prefatum quondam dominum priorem pro eo quod dicti dominus et conventus et sui qui supra successores percipiant et percipere debeant annuatim de quinque sextariis vini in ipsa vinea crescentibus duo sextaria et dictus confitens tria sextaria, et sit ad ipsam rationem de omni vino in eadem vinea crestente dictus confitens ut supra confitetur pro se et suis quibus supra quod dicti dominus et conventus Romanimonasterii et sui qui supra et ipse confitens levare et percipere debent et debeant annis singulis perpetue tempore vindimiarum, et debet ipse confitens ipsam vineam bene et decenter colere quolibet anno ad usum bone vinee, witnesses Johannes Biolerii de Nyviduno et Petrus de Boulo de Trelex notarii, with signature and paraphe of Petrus Jaquemardi.

(Fols. 209-216v are blank.)

217 Feuda Nobilia

217 Nobilis Glaudius filius quondam Nobilis Johannis de Subtusecclesiam de Brussins, 21 jun 1458, res et possessiones infra proxime descriptas sitas et jacentes in villa, territorio, et finagio de Brussins que quondam fuerunt de bonis et hereditate dicti quondam Johannis de Subtusecclesiam eius patris et per ipsum confitentem alias recognitis,

Et primo, tres falcatas prati sitas en Ravachaul juxta pascuam communem a borea et juria, pratum Guilliermi Mistralis a vento, et pratum Johannis de Putheo a lacu.

Item, unam falcatam prati sitam en laz Chaul juxta pascua communia a vento, borea, et lacu, et pratum Guilliermi Mistralis a juria.

Item, unam cupam frumenti et unum bichetum avene ad mensuram Nyviduni sibi confitenti annualiter debitos de pensione ut asserit per Girardum Peyrat de Bignin pro decem octo posis terre sitis eis Suchet juxta terram dicti confitentis que fuit illorum de Vy a borea, et

lacu, iter publicum tendens de Bructigniez versus le Mollies a iuria, et terram Johannis Vulliermi et Johannis de Clarens a vento.

217v Item, unam posam terre sitam en Marsolex juxta suos confines.

Item, unam posam terre sitam en Suchet juxta terram Peroneti de Pey de Bructignier a iuria, terram Girardi de Pey a lacu, terram curati de Luyns a vent, et terram Michaelis Paviot quam tenent heredes Jaquet Girodi a borea.

Item, septem posas tam vinee, nemoris, quam marechy sitas en Corberes juxta vineam curati de Brussins a lacu, vineam domini et pascuam communem a borea, vineam Mermeti Probi et eius fratris quam colit a dicto confitente a vento, et vineam dicti confitens a iuria.

Item, quendam morsellum vinee de una posa vinee quam ab eodem confitente tenere solebant heredes Reynaudi Barber et Amedeus Bergier sub tercio vino et pensione annuali viginti quatuor ovorum continentem circa tercium dicte pose juxta clausum domini Romanimonasterii ex borea, torcular dicti domini et quoddam iter ex parte lacus, et senderium tendentem de Brussins apud Vinsel ex iuria, vineam quam tenet dicta Gaconaz (i.e., the wife of one of the Gacon family, namely, Aymoneta wife of Jaquetus Gascon *junior*, see below) ab eodem confitente de presenti divisam ex vento.

Item, tercium vinum liberium crescentem in duabus partibus dicte pose vinee inferius (should be *superius* !) limictate unacum octo ovis sibi debitis per Aymonetam uxorem Jaqueti Gascon junioris filiam quondam Amedei Bergier pro dictis duabus partibus quas ab eodem confitente ipsa tenet sitas juxta predictum tercium vinee supra proxime limictatum ex borea, iter publicum tendens en Combes ex vento, quoddam aliud iter ex lacu, et juxta semitam tendentem de Brussins apud Vinsel ex iuria.

Item, octo solidos annue pensionis sibi confitenti annualiter debitos per Girardum Boson de Brussins pro duabus posis vinee et nemoris sitis en Corberes juxta nemus Stephanus Benedicti et dicti confitentis a iuria, vineam dicti confitentis a lacu, vineam et nemus Stephani de Gland a vento, et pascua communia a borea, cense 8 solidos Gebennenses.

Item, debet de elemosina data per predecessores suos duos solidos Gebennenses census singulis annis termino predicto solvendo.

Item, confitetur tenere novem solidos et unam galinam sibi annualiter debitos de pensione annuali per Henricum Besson pro quadam domo, casali, et ochia sitis in villa de Brussins juxta casale domus Mermeti Probi et eius fratris quod fuit heredibus Reymondi Barbeir a iuria, ochiam dicti Mermeti a lacu, et ochiam Guilliermi Mistralis a borea et vento, cense 5 solidos Lausannenses.

Item, unum quarteronum frumenti an[n]ue pensionis sibi confitenti annualiter debitum per _____ (blank space) uxorem Girardi Besanczon de Gillier pro dimidia posa terre sita en Champagne juxta terram Petri Buchet a iuria, pratum Mermeti Agniel a lacu, terram heredum Guilliermi Oriod a vento, et terram Girardi Millicard a borea.

218 Item, quatuor decem denarios Lausannenses annue pensionis sibi confitenti debitos per Nobilem Johannem de Sovernie pro quadam ochia continente una fosserata que fuit de bonis Peroneti Berchat sita apud Brussins juxta terram Guilliermi Evrardi et Francisci de Combis que fuit Perreti Gringet a vento, viam publicam a juria et lacu, ochiam dicti Johannis de Sovernier que fuit Roleti et Amedei Forrachon a borea, cense 6 denarios Gebennenses.

Item, confitetur quod Henricus Besson tenet ab eodem cofitente sub predictis novem solidis et galina annue pensionis per ipsum ut supra sibi debitis per dictum Henricum recognitis quandam ochiam sitam apud Brussins juxta ochiam Stephani de Gland a juria, viam publicam a lacu, ochiam, et domum Henrici Besson a borea, ochiam Stephani de Gland et plurium aliorum a vento, cense 5 denarios veteres.

Item, confitetur quod eciam tenet sub dicta pensione dictus Henricus Besson ab eodem confitente unum casale domus cum ochia ibidem contigua continentem tercium unius pose terre situm in villa de Brussins juxta viam publicam Stephani de Gland a vento, ochiam dicti Henrici a borea, ochiam et vineam dicti Stephani de Gland que fuit Guilliermi Mistralis a juria, et viam publicam tendentem de Brussins versus Gillier a lacu, cense 6 denarios et unum quarteronum frumenti.

Item, tenet unam posan nemoris sitam en Fillivoux juxta terram seu nemus Petri Gauterii a juria, viam de Croberes a vento, nemus Francisci de Combis quod fuit dictorum Gringet a borea, et nemus Henrici Besson a lacu.

Item, dimidiam posam terre sitam en Marsollex juxta terram dicti confitentis, alias limictes ignorat.

Item, unam falcatam prati sitam en Marvulliet juxta pratum dicti confitentis a juria, pratum domini a lacu, pratum Stephani Benedicti a vento, et pratum Francisci de Combis quod fuit Perreti Gringet a borea, cense 1 quarteronum frumenti pro uno pane meneydie...

218v Item, tercium vinum quod percipit idem confitens in duabus fosseratas vinee sitas en laz Jonchiery quas tenet et colit Aymoneta filia Amedei Bergie uxor Jaqueti Gacon jurnioris juxta viam publicam tendentem versus Corberes a vento, vineam Nobilis Guilliermi de Gland que fuit Perreti Fonjallat a juria, semitam tendentem de Brussins apud Vinsel a lacu, et vineam Johannis nuptricti Henrici Besson a borea, cense 5 denarios et 2 partes oboli et duas partes unius quarteroni frumenti ad mensuram Nyviduni ...

Item, subsequenter tenere confitetur sub predicto homagio nobili idens (should be *idem*) confitens pro se et suis quibus supra subque censibus, serviciis, tributis, et aliis omnibus infrascriptis, res et possessiones infrascriptas, et hoc virtute permutacionis et excambii inter Dominam Lucam de Barma (=de Balma) et predicesores (=predecessores) moderni domini facti per ipsum confitentem alias recognitas,

Primo, unum sellionum prati continentem circa sextam partem unius pose terre juxta pratum Francisci de Combis quod fuit heredibus Francisci Gringet a vento, pratum dicti confitentis a borea, viam publicam a juria, et pascuam communem a lacu.

Item, quatuor posas nemoris sitas en laz Folliosa juxta nemus Nobilis Guilliemi Mistralis a lacu et juria, terram dicti confitentis a vento, nemus dicti Brent ? de Rotulo quod fuit Guilliemi de Gland et domini Montismagni a borea.

Item, unam falcata prati sitam en Ravachaul juxta pascuam communem a vento et juria, pratum Francisci de Combis quod fuit Perreti Gringet a borea et lacu, quam ab eodem confitente tenere solebat sub pensione duorum solidorum et trium denariorum Petrus Vechaunt ? alias Quoquellat, pro quibus rebus superius limictatis et certis aliis rebus per ipsum confitentem alientatis debere confitetur idem confitens pro se et suis quibus supra prefatis domino commendatario et conventui Romanimonasterii et suis quibus supra tam de redditu quam de garda videlicet duos solidos et tres denarios Gebennenses annis singulis termino predicto solvendo.

Item, que fuerunt de bonis Perreti Poteil ut in extensis precedentibus fit mencio dimidiam posam castaneree sitam en laz Vault juxta castagneriam dicti confitentis a lacu, nemus heredum Guilliemi Oriod a juria, nemus Johannis nuptricti Henrici Besson a borea, et castagneream et nemus Jaqueti Gascon a vento, quam idem Jaquetus tenebat ab eodem confitente sub pensione circa unam posam cum dimidia vinee nunc pratum nunc partim ? in partem sitam ouz Corberes juxta vineam dicti confitentis a vento, pascua communia et vineam domini a borea, vineam dicti confitentis et Francisci Dommenoz a juria, et vineam ecclesie de Brussins a lacu.

Item, unam fosseratam vinee sitam en Corberes juxta vineam dicti confitentis a borea, nemus Stephani Benedicti et Guilliemi Mistralis a juria, et vineam dicti confitentis a lacu, cense 2 solidos et 1 denarium Gebennenses.

219 Item, duas posas terre sitas en Vernete juxta terram dicti confitentis ex juria.

Item, dimidiam posam terre sitam apud Brussins juxta terram heredum Mermeti Evrardi a borea, terram Stephani Benedicti a vento, et vias publicas a juria et lacu.

Item, unam posam nemoris sitam en laz Folliosa juxta nemus dicti confitentis a lacu, nemus Stephani Benedicti et Guilliemi Mistralis a juria et que jam includitur in quatuor posis superius limictatis.

Item, unam posam terre nunc in nemus sitam en Coines ? supra Fillivoux juxta terram Petri Gauterii a juria, nemus Francisci de Combis quod fuit heredibus Francisci Gringet a lacu, viam de Corberes a vento, nemus Regum (genitive plural of Regis family) de Chinaul a borea, quam tenet ut superscriptum est Amedeus Hugonini et que jam superius est limictata.

Item, unam seytoratam prati sitam en Ravachaul juxta rivum de Berroches a juria, pratum Guilliemi Mistralis a lacu, pratum Francisci de Combis quod fuit Perreti Gringet a vento, et pratum dicti confitentis et Henrici Besson a borea, pro quibus rebus superius limictatis et pro duabus fosseratis vinee et octava parte unius falcate prati per ipsum confitentem alientatis debere confitetur idem confitens pro se et suis quibus supra prefatis domino commendatario et conventui Romanimonasterii et suis quibus supra scilicet duos solidos et tres denarios Gebennenses.

Item, duas fosseratas ochie cum arboribus ibidem existentibus sitas in villa de Brussins juxta domum et ochiam Francisci de Combis que fuit Perreti Gringet a juria, ochiam Guilliemi Mistralis quam tenere solebat Perretus Fonjallat a lacu, viam publicam a vento, et vineam Stephani Benedicti a borea.

Item, unam posam terre sitam en Verney supra Valles de Brussins juxta terram curati de Brussins que fuit dictorum Gringet a lacu, et terram dicti confitentis a juria.

Item, ibidem prope superius duas posas nemoris juxta nemus dicti confitentis a lacu, nemus dicti curati quod fuit dictorum Gringet a juria, nemus commune de Mont a borea, et valles de Brussins a vento.

Item, dimidiam posam terre sitam en Vullibroudaz in tactam et nemus conversam juxta nemus et geniperiam ? illorum de Sancto Vicencio a juria, et nemus dictorum Rey de Chinaul a lacu, alias vero limictes ignorant.

Item, dimidiam falcata prati sitam en Ravacuaul indivisam cum Francisco de Combis tenente partem dictorum Gringet juxta pratum dicti confitentis ex utraque parte, cense 2 solidos et 6 denarios Gebennenses.

Item, duas fosseratas vinee et marechi sitas en Lengolliouz juxta vineam Aymoneti Clavelli que fuit Amedei Prodon a juria, vineam dicti confitentis quam tenet Mermetus Probi a borea, marescum Henrici Besson a vento, et vineam dicti Henrici et Francisci de Combis que fuit Amedei Hugonini a lacu.

219v Item, duas posas nemoris sitas en Corberes juxta nemus dicti confitentis a vento, viam publicam tendentem apud Bructignie a borea, nemus Henrici Besson a juria, et nemus ecclesie de Brussins a lacu.

Item, quartum unius pose castagnerie site en laz Valletaz juxta nemus Regum (=Regis or Reys family) de Chinaul a vento, viam publicam douz Berdeouz a borea, castagneream Henrici Besson a juria, et castaneream dicti confitentis a lacu.

Item, duas partes unius falcate prati site en Ravachaul indivisas ? (or *indivise*, referring to the falcata ?) cum dicto confitentis jam superius inclusis.

Item, circa tres posas terre sitas en le Vernete juxta terram heredum Mermeti Donques a vento, et terram Henrici Besson a borea, alias vero limictes ignorat, cense 12 denarios Gebennenses.

Item, tenet sub censu predicto terciam partem unius falcate prati site en Ravachaul jam superius inclusam.

Item, tenet de bonis es Poteil ut in extentis precedentibus fit mencio circa duas fosseratas vine[e] sitas en Corberes jam in supradictis limictibus inclusis.

Item, circa unam fosseratam cum dimidia ochie sitam subtus Brussins loco dicto en Lochy Garney ? juxta tactas et salices Stephani Benedicti a vento, terram dicti confitentis a borea, et viam publicam a lacu et juria.

Item, unam falcatam prati sitam in Ravachaul indivisam cum Henrico Besson juxta pratum dicti confitentis ab omnibus partibus.

Item, unam fosseratam cum dimidia vinee sitam en Corberes juxta vineam dicti confitentis ex utraque parte, cense 10 denarios Gebennenses.

Item, tenet circa tres posas terre et nemoris sitas en Verney alias en Pertuys juxta nemus domini a borea, nemus quod fuit Johannis de Sancto Liberio a vento, pascua communia de Brussins a juria, et nemus Henrici Besson a borea.

Item, unam posam nemoris sitam ibidem juxta nemus Henrici Besson a juria, nemus Francisci de Combis quod fuit Francisci Gringet a lacu, marescum Guilliermi et Richardi Auberti a borea, et pascua communia a vento.

Item, quinque posas terre et nemoris sitas eis Vernetes juxta terram Johannis Vulliermi a vento, terram heredum Mermeti Fretaul (elsewhere *Frestaul*) a juria, et tactam et nemus Henrici Besson a lacu et borea.

Item, campum suum de la Rochetaz continentem tres posas terre situm supra Vinsel de super laz Rocheta loco dicto en Marsolex juxta terram ecclesie de Luyns a juria, terram liberorum Francisci Vivent a lacu, tactam heredum Francisci Feat et Peronete conjugum, quondam Vuybor (logically, from the grammar, the passage means that the property is held by the heirs of Feat and his wife, and the heirs of Vuybor and Nycoleta his wife, at least), Nycolete eius uxoris, et Jaquemeti Bergier a vento, et terram Girardi Peyrat a borea.

220 Item, duodecim denarios Gebennenses sibi confitenti annuali debitos de pensione per Aymonetum Marchiand de Vinsel pro uno selliono terre continente circa unam fosseratam sito apud Brussins juxta terram heredum Johannis Gauterii et Francisci de Combis que fuit Perreti Gringet a vento, terram et ochiam dicti confitentis a borea, et viam publicam a lacu et juria.

Item, unam posam cum dimidia terre sitam en Marsolex juxta terram Guilliermi de Signarclens (=Senarclens) a juria, terram heredum Petri Monistier a vento, viam publicam tendentem de Luyns apud Bructignie a borea, et terram Jaquemeti Bergie a lacu.

Item, tenet circa unam posam cum dimidia terre et rippe sitam ouz Verney juxta terram dicti confitentis ex juria, terram Francisci de Combis que fuit dictorum Gringet a lacu, alios vero limictes ignorat, cense 10 denarios Gebennenses.

Item, de bonis alias per ipsum confitentem Johanni de Bornes ut in precedenti extenta fit mencio accensatis unum sellionum terre situm en la Mossery juxta terram Stephani Benedicti a

borea, terram Girardi Milicard a parte venti, pascuam communem a lacu, et terram Francisci de Combis que fuit Stephani Gringet a iuria.

Item, ex permutacione per ipsum confitentem ut asserit facta cum Nobili Guilliermo Mistralis quondam peciam vinee sitam en Milliens quam ab eodem excolit ad tercium vini quod in eadem annualiter ? percipit Jaquetus Gacon junior et Aymoneta eius uxor continentem unam fosseratam cum dimidia vinee juxta vineam Guilliermi Mistralis sibi per dictum confitentem in excambium tradictam ex vento, vineam dicti confitentis ex borea, viam publicam ex iuria, et vineam Stephani Benedicti ex lacu.

Item, de bonis et hereditate Leone filie quondam Peroneti Gringet in precedenti extenta per Henricum Besson recognitis sub homagio per ipsum recognito ex permutacione per dictum confitentem cum ipso Henrico facta ut ipse confitens asserit, videlicet tercium unius falcate prati situm en Ravachaul quod idem Henricus cum ipso confitente tenebat pro indiviso juxta pratum ipsius confitentis a vento, pratum dicti Henrici Besson a borea, pratum Johannis de Putheo de Tartignie a lacu, et pascuam communem a iuria.

Item, tenet dictus confitens alias per ipsum recognitis in manibus Peroneti Foresii et que fuerunt de bonis Guilliermi Oriod ut in precedenti extenta fit mencio videlicet unam posam cum dimidia terre sitam en Champagnier juxta terram Stephani Benedicti a iuria quam tenet Dionisius Vullie, terram Henrici Tissot a lacu, pratum Petri Buchet a vento, et fossale de Vinsie a borea.

Item, de bonis Johannis de Subtusecclesiam quondam per Franciscum Barberii in precedenti extenta recognitis videlicet medietatem unius pose vinee site juxta clausum domini juxta torcular de Combes a parte lacus, vineas domini quodam rivo intermedio a borea, vineam dicti confitentis quam colit ab ipso confitente Jaquetus Gacon seu eius uxor a vento, et semitam tendentem de Brussins ad vinsel a iuria.

220v Item, debere confitetur idem confitens pro se et suis quibus supra prefatis domino commendatario et conventui Romanimonasterii et suis quibus supra videlicet dimidium potum olei census de uno pote olei alias in precedenti recognicione per ipsum recognito de quo poto ole Perretus Vulliaux souit (=solvit ?) alium dimidium potum pro una falcata prati sita subtus Vinsel in sua recognitione limictata et ipse nobilis recognoscens recognoscit debere ut supra pro una alia falcata prati sita subtus Vinsel quam Nobilis Johannes de Soverner ? tenet juxta pratum Johannis Mayour (=Mayor) et Johannis Bertet a borea, et vineam dicti Johannis Mayor a iuria solvendo annis singulis per ipsum confitentem et suos dictis domino et conventui et suis in quolibet Carnisprivio, et est sciendum quod de summa censuum suprascriptorum debent deduci annuatim eidem confitenti pro grangia quam tenet dominus ante domum fortem suam de Brussins scilicet octo solidos monete cursalis et sit predictis censibus in summa positus et moneta Gebennensis in monetam Lausannensem conversa et dictis octo solidi deductos debet dictus recognoscens annuo quolibet videlicet viginti quatuor (*quatuor* possibly lined out) solidos Lausannenses (inserted above the line : et quatuor denarios) in extenta precedenti sit ex promictur et agnoscatur (=annotatur ?), witnesses Johannes Primeti de Nyviduno et Johannes de Picticonseil habitator Brussini, with signature and paraphe of Petrus Jaquemardi.

221v Stephanus filius quondam Aymoneti de Gland domicellus, 13 jun 1458 (anno et indicione quibus supra), res et possessiones infrascriptas sitas et jacentes in villa, territorio, et finagio de Brussins per dictum Aymonetum eius quondam patrem sub ipso homagio nobili et ligio in extenta precedenti recognitas et que fuerunt in et de bonis quondam Nycodi de Gland avi paterni dicti confitentis,

Et primo, unum morcellum nemoris situm en Croberes versus laz Jonchiery in territorio de Brussins in recognicione dicti quondam Aymoneti eius patris inclusum in pecia terre, vinee, et nemoris ibidem sita in ipsa recognicione primo confinata juxta dictas vineam et terram que converse sunt in pratum quas a dicto confitente tenet et possidet Mermetus Probi a lacu, nemus Gladii de Subtusecclesiam a juria, nemus confratrie Brussini a vento et juria, et pratum Girardi Boson a borea, quod fuit Johannis Probi, et pro quo debebantur domino duo denarii Gebennensibus qui fuerunt Nycodo de Gland eius avo paterno remissi cum dicto morsello concesso sibi in augmentum dicti feudi prout dictus quondam Aymonetus eius pater in sua recognicione predicta asserunt sit fuisse remissa et dimissa.

Item, unam peciam terre sita en Champagnie continentem circa quatuor posas juxta terram Mermete relicte Johannis Cristinet que fuit Guilliemi Oriod a borea, pratum Girardi Millicard a vento, pratum Perreti Agniel et liberorum Francisci Agniel a lacu, et terram Petri Buchet a juria.

Item, quandam ochiam sitam in villa de Brussins juxta viam publicam a borea, semitam furni a vento, domum dicti confitentis a juria, et plateam communi de Brussins a lacu.

Item, octo solidos bone monete cursalis annue pensionis sibi annualiter debitos per Mermetum Probi pro quadam pecia terre vinee et mareschi sita versus laz Jonchiery (margin, in 17th or 18th Century hand, and very clearly : Vers la Jonchere) in territorio de Brussins juxta nemus dicti confitentis a juria, viam publicam tendentem de Corberes versus lacum ex vento, vineam Henrici Besson a lacu, et pratum Aymoneti Clavel ex borea.

222 Item, quandam ochiam nunc in pratum sitam in villa de Brussins supra Pratum Crucis juxta ochiam et domum Francisci Gabbaz a partibus boree et lacus, semitam tendentem de Brussins apud Dulit a vento, et viam publicam tendentem Abbonam (=Albonam) a parte jurie, quam Guilielmus Lathomi quondam in veteri extenta certo termino tenere recognoverat et que dicto quondam Nycodo de Gland eius avo paterno ut in recognicione dicti quondam Aymonete (should be *Aymoneti*) eius patris fuit cum rebus predictis in augmentum predicti homagii tradita.

Item, tenere confitetur sub dicto homagio duas partes unius pose terre sitas subtus Pratum de Cruce juxta terram dicti confitentis a parte boree, terram Stephani Benedicti a parte venti, stratam publicam a parte jurie, et pascuam communem a parte lacus.

Item, tenet a dictis domino et conventu quandam decimam existentem in finagiis (clear, but should probably be *finagio*, to agree with *tendendo*) de Bructignie tendendo (clear) a nemoribus supra villam de Brussins usque ad juriam, tendenda ? dicta decima a partibus venti et boree, prout se extendit et recolligere consuevit temporibus retroactis, cum ipsius decime juribus, per felicitis recordacione Fratrem Johannem de Seysello humilem priorem dicti prioratus

Romanimonasterii Nycodo de Gland quondam dicti confitentis avo paterno donatam et concessam in augmentum predicti feudi sub tamen certis condicionibus in lictera dicte donacionis descriptis ut in precedenti recognitione fit mencio.

Item, domum suam cum casali dicte domo sitam in villa de Brussins juxta domum dicti confitentis a vento, viam publicam a lacu et borea, et domum Mermeti Probi a juria, quam tenet per accensamentum perpetuum factum dicto quondam Nycodo de Gland per Johannem de Subtusecclesiam pro septem solidis Lausannensibus dicto Johanni de Subtusecclesiam et suis heredibus annuatim solvendis prout in extenta per Vulliermi de Alingio confecta mencio habetur.

Item, de bonis Johannodi Gabbaz filii quondam Mermeti Gabbaz in precedenti extenta per dictum quondam Aymonetum eius patrem recognitis titulo adquisicionis facte a Clemencia filia Johannodi dicti Malcheri de Brussinel ut de lictera ipsius adquisicionis in precedenti extenta extitit facta mencio, videlicet unam peciam vinee sitam loco dicto en Prasset juxta vineam ecclesie de Brussins a lacu, vineam Mermeti Probi que fuit liberorum Reymondi Barbeir a jura, viam publicam a vento, et vineam dicti confitentis a borea.

Item, tenere confitetur de bonis Guilliermi Lathomi per ipsius confitentis quondam patrem titulo adquisicionis recognitis ut in precedenti extenta instrumento adquisicionis extitit designatum, videlicet dimidiam seytoratam prati sitam in territorio de Brussins subtus loz Grant Praz juxta pratum Mermeti Mugneron quod fuit de bonis Petri Mugnerii de Verney a juria, pratum Henrici Besson quod fuit Aymoneti Benedicti a lacu, pratum Guilliermi Mistralis a borea, et pratum Francisci de Combis quod fuit heredibus Francisci Gringet a vento.

Item, de bonis Johannis de Sancto Liberio per dictum quondam Aymonetum eius patrem ab eodem Johanne acquisitis ut in extenta precedenti quodam publico instrumento adquisicionis in eadem designato dictus quondam Aymonetus asserunt scilicet duas pecias terre sitas en Chatellion quarum una sita est juxta nemus Francisci Gabba a lacu, nemus liberorum Mermeti Evrardi a juria, viam publicam douz Berdeouz a vento, et viam publicam a borea, alia vero sita est ibidem juxta nemus Aymoneti Clavelli quod fuit Amedei Probi a juria, nemus liberorum Mermeti Evrardi a lacu, viam publicam douz Berdeouz a vento, et nemus Henrici Besson a borea.

222v Item, de bonis Janini dicti Rossie per dictum quondam Aymonetum eius patrem recognitis titulo adquisicionis per dictum quondam Nycodum avum patrum dicti confitentis facte a Johanne Rossie prout lictera ipsius adquisicionis in extenta precedenti extitit designata, videlicet quoddam nemus suum continens circa quinque posas tam nemoris quam tere sitas eis Vault de Brussins juxta pratum Mermeti Prodon quod solebat esse in nemoris et quod fuit Guilliermi de Gland a lacu, nemus dicti domini a vento, viam publicam deis Croisecte a juria, et nemus Aymonete filie quondam Regum de Chinaul (i.e., the Reys, Rey, or Regis family, here in the genitive plural, *regum*) uxoris Jaqueti Gacon senioris a borea, cense 3 solidos Gebennenses et 1 caponem.

Item, de bonis Johannis filii quondam Roleti Prodon ex permutacione per ipsius confitentis quondam patrem ut in precedenti extenta continetur facta cum dicto quondam Johanne Prodon videlicet medietatem unius ochie site in villa de Brussins juxta ochiam Mermeti

Prodon a vento, curtile Henrici Besson quod fuit Johannis de Bones (=de Bornes ?) a borea, viam publicam tendentem Abbonam (=Albonam) a lacu, et ochiam dicti confitentis a juria, pro certis rebus in lictera dicte permutacionis in precedenti extenta designata contentis, cense 9 denarios Gebennenses.

Item magis, de bonis alias recognitis per Nobilem Oliverium Mistralis ex permutacione per ipsum confitentem facta cum Guiliermo filio dicti Oliverii Mistralis ut in instrumento manum Johannis de Gland notarii anno et die in predesignato instrumento contentis videlicet duas partes unius pose vinee sitas apud Brussins loco dicto en Andury ? (see next item) alias subtus Pyasset juxta curtile Mermeti Prodon quod tenet ad censum a dicto Nobili Guiliermo a vento, vineam dicti confitentis ex juria et borea, *quodam senderio tendente de Brussins apud Sanctum Vincencium* [intermedio] (the ablative phrase implies that *intermedio* was omitted in error) a juria, ochiam et domum Henrici Besson ex lacu.

Item, tenet ex permutacione per ipsum facta cum Nobili Guiliermo de Gland prout constat permutacionis instrumento inde confecto per Anthonium de Migerand notarium recepto, levato, et signato 05 apr 1458, videlicet unam peciam vinee continentem circa duas posas vinee sitam in territorio Sancti Vicencii loco dicto en Vinea Andree (margin, in 17th or 18th Century hand: *En Andrire*) juxta vineam dicti Stephani [et] domum et ortum Andree Mosserat a borea, iter publicum a lacu, vineam Guilielmi Mistralis et ortum Henrici Besson a vento, et juxta quandam semitam publicam a juria, cense 11 cupas vini seu musti per clos ad mensuram Morgie ... solvendas vigore compulsionis per me commissarium ipsas recognoscendum sibi facte quamvis onus earundem supportandi et solvendi in se succeperit tenore dictarum permutacionis licitarum dictus Guiliermus de Glant et eo quod sibi confitenti non tulit guerenciam de eisdem ad quam ferendam fuerat citatis ut constat et apparet.

223 Item, de bonis et recognicione Amedei Ferrachon alias Prodon unam posam nemoris sitam en Chastellion juxta nemus Henrici Besson a juria, nemus ipsius confitentis a lacu, viam douz Berdeouz a vento, et nemus Henrici Besson a borea.

Item, de bonis et recognicione quondam Mermeti Evrardi ex empto per Aymonetum de Gland dicti confitentis quondam patrem ut constat lictera vendicionis per Anthonium de Migerand notarium recepta 07 aug 1441 in presenti extenta exhibita videlicet dimidiam posam terre sitam loco dicto sub la Mossery juxta viam publicam a juria, terram Girardi Milicar a lacu, terram Stephani Benedicti que fuit Perreti Gringet ex borea, et terram eiusdem confitentis a vento, witnesses Venerabilis vir Dominus Anthonius Grossi curatus de Gillier et Johannes Primeti de Nyviduno clericus, with signature and paraphe of Petrus Jaquemardi.

224 Guiliermus filius quondam Mermeti Evrardi habitator Brussini domicellus, 20 jun 1458 (anno et indicione quibus supra), res, possessiones, et census infrascriptis per dictum quondam Mermetum Evrardi eius patrem in quondam Peroneti Foresii olin (=olim) dictarum extentarum commissarii manibus recognitis que quondam fuerunt de bonis et hereditate Johannis de Ginuliaco ? ex accensacione et abbergamento eidem Mermeto Evrardi quondam facto per felicis recordacionis Fratrem Johannem de Seysello ut in extenta per dictum quondam Peronetum Foresii recepta mencio extitit facta et que res et bona pridem fuerunt de bonis et hereditate

quondam Roleti de Chinaul, que res et possessiones site sunt in villa, territorio, et finagio de Brussins,

Et primo, quatuor posas nemoris sitas en Chastellion juxta nemus Petro Gauterii a juria, nemus Stephani de Gland, Johannis Oriod, et Petri Gauterii a lacu, viam douz Berdeouz a vento, et nemus domini de Mont a borea.

Item, en Fillivoux unam posam cum dimidia nemoris pro indiviso cum Petro Gauterii sitam juxta nemus Francisci de Combis quod fuerint ? heredum Francisci Gringet a vento, nemus dicti confitentis a borea, nemus dicti Francisci de Combis quod fuit de bonis dictorum Gringet a lacu, nemus dicti Petri Gauterii a juria.

Item, loco dicto en Nerines medietatem quatuor posarum terre contiguarum sitarum juxta terram Stephani Benedicti a juria, et terram heredum dicti Fol Pivar a lacu, alios vero limictes ignorat.

Item, medietatem dimidie pose terre site subtus Brussins juxta terram Glaudii de Subtusecclesiam a vento, terram Aymoneti Marchiandi que fuit Anthonii Fonjallat et per prius de bonis Johannis Rolet alias Prodon a borea, ortum Francisci de Combis et Aymoneti Clavelli que fuit de bonis dicti Johannis Rolet et Amedei Probi a juria, et viam publicam a lacu.

224v Item, duas posas terre sitas de super Fillivouz indivisas cum Petro Gauterii juxta terram Petri Luyty a juria, nemus dicti confitentis a lacu, terram et nemus Johannis Oriod a borea, et viam de Corberes a vento, cense 2 bichetos frumenti et 3 denarios Gebennenses.

Item, tenere confitetur ut supra unam posam terre sitam en Champagnier juxta terram Johannis Bertet de Gillier que fuit Glaudii de Subtusecclesiam a parte boree, terram dicti confitentis a parte venti, pratum Henrici Besson a lacu, et viam publicam a juria, pro qua posa terre et una posa cum dimidia terre sita loco dicto en Musel subtus Gillier per Richardum Foucignie de Vinsie recognovit tenere titulo renditionis sibi facte per dictum quondam Mermetum patrem dicti confitentis et una posa terre sita subtus Gillie per Janninum Oyselli recognita et pro una posa terre sita loco dicto en Champagnie per Aymonetum Bastier recognita debet et debere confitetur idem Guiliermus confitens pro se et suis quibus supra prefatis domino commendatario et conventui Romanimonasterii et suis quibus supra, videlicet duas bichetos frumenti et unum caponem census.

Item, unum potum olei sibi confitenti annuali debitum per Aymonetam uxorem Jaqueti Gacon senioris de Chinaul et quod predecessoribus ? dicti confitentis pridem solvebant heredes Perrodi Regis pro uno morsello terre sito retro domum dicte Aymonete patri[s] juxta domum dicte Aymonete a lacu, pratum eiusdem Aymonete a juria, terram Petri Gaterii (=Gauterii) a vento, et pratum eiusdem Aymonete a borea.

Item, unum bichetum frumenti et unum caponem census sibi per dictam Aymonetam annis singulis debitis pro uno morcello terre sito supra Brussins juxta nemus Francisci Dogmenoz et Amedei Prodon quod possidet Aymonetus Clavelli a borea, viam publicam

